


d. 4. Aug: 1756.

Joannis pauli ... liber ...

66.

d. H

52/60

106 ...

R II 28

Per varios casus
hic liber ex Bibliotheca
Doi de Holtzhausen
ad numerum librorum
SCHROECKI
D. a. S.
rediit
Quem A. R. G. CIƆIƆCCLV.
ex Bibliotheca
Doi L. B. de Roth
Labschütz in Ducat. Trachenb.
ex benignitate
Viduae istius
acceperat.
a. CIƆIƆCCLXI.
Non: Julii.

YHS.

Primus liber hec continet.

SECUNDUS.

TERTIVS.

QVARTVS.

QVINTVS.

SEXTVS.

SEPTIMVS.

M. FABII QVINTILIANI INSTITVTIONVM ORATORIARVM EPITOME INCIPIT:

Parens ut primum factus fuerit acrem curam spei futuri oratoris impendat. ante omnia ne sit uiciosus sermo nutricibus. quas sapiens si fieri possit Crysippus optauit. diligenter curet optimas eligat. et mo eum quidem et sermonis in his rationem habeat. Natura enim tenacissimi sumus eorum que rudibus annis percipimus et deteriora p tinaciter herent. bona facile mutantur in pueris. Assuescat igitur sermoni qui non dediscendus sit: — Quales parentes.

Parentes eruditos optauerim Cornelia naq; mater gracchorum eloquentie multum contulit. hec Lelii filia paternam eloquentiam elegantiorem reddidit. parentes q nõ didicerunt non minorẽ curam docendi liberos habeant., Qui pedagogi

Pedagogi aut eruditi plane sint. que cura imprimis esse debet. aut se nõ esse eruditos sciant. Nihil enim peius his q sibi falsam scientie persuasionẽ induerũt. Nec minus error eorum nocet moribus. Tradit enim babilonius Diogenes Leonydẽ Alexãdri pedagogum eum uitiis quibusdã imbuisse. que quidem maximum tepem ab illa



Crysippus



Cornelia



Diogenes Leonydes



institutione pueruli prosecuta sunt.,

Inicium a sermone greco

A sermone graeco puer incipiat. latinus namque qui pluribus in usu est facilius perdiscetur: neque hoc superstitiose fieri uelim: ut diu tantum graece loquatur. Sed non longe latina subsequi debent: et cito pariter ire.,

Etas prima instituendi

heratosthenes hesiodus

Erathostenes et ut alii dicunt hesiodus litteris instituendos qui minores septem annis essent, non putauerunt. Melius tamen qui nullum tempus uacare cura uolunt. Quantum enim infantie presumitur temporis: tantum adoloscentie additur. Initia si quidem litterarum sola memoria constant: que quidem in paruis tenacissima est. Sed nondum teneris instandum est acerbe: ne studia qui amare nondum potest oderit. Et initia quoque studiorum a perfectissimo optime traduntur. Nam philippus macedo Alexandro filio prima litterarum elementa ab Aristotele tradi uoluit.,

philippus

Aristoteles

Utilius in scholis quam domi erudiri.

Frequentie scolarum et ueluti publicatis preceptoribus pueros tradere satius duco: quod quidem cum his: a quibus clarissimarum ciuitatum mores sunt instituti. Tum eminentissimis auctoribus uideo placuisse. Non enim uox illa preceptoris: ut caena minus pluribus sufficit. Sed

quidem ut sol uniuersis idem lucis calorisque
largitur. Ante omnia futurus orator: cui in
maxima celebritate: et in media re p. ui-
uendum est. Assuescat iam a tenero non re-
formidare homines: neque illa solitaria: et
ueluti umbraticam uita domestica pallescere.
Nam cum proferenda sunt studia: cali-
gat in sole. et omnia noua offendit quod solus
didicerit: quod inter multos agendum est.

Qua ratione ingenia noscantur

Tradito sibi puero docendi peritus in-
genium inprimis naturamque prospi-
ceat. Ingenii signum in paruis precipue me-
moria est. Eius duplex est uirtus: facile per-
cipere: et fideliter retinere. proximum imi-
tatio. nam id quoque docilis nature est. Quae-
dam etiam interrogabit, sequetur tamen magis
quam percurret. Illud enim ingeniorum ueluti
precoquum genus non temere umquam peruene-
rit ad frugem. hi sunt qui parua facile
faciunt: et quicquid possunt, statim offendit.
possunt tamen id demum: quod in proximo
est. Non multum prestant: sed cito. non subest
enim uera uis: nec penitus inmissis radi-
cibus innituntur. placent hec annis com-
parata. nec me offendit lusus in pueris:
est enim alacritatis signum: neque illum tri-
stem sempque demissum sperare possum e-
recte circa studia mentis fore. detur mo-
dus remissionibus: ne aut odium studiorum

faciant negare: aut ocii consuetudinē nimię.
Crysippus cedi discentes q̄q̄ Crysipus nō improbat mi
nime uelim. est enim deforme et seruile.
Nam si cui mens est tam illiberalis: ut ob
iurgatione nō corrigatur. is etiā ad plagas
ut pessima mancipia durabitur.,

De Grammatice

IN primis grammaticę indulgeat: q̄ qdē
breuissime bifariā diuiditur: in recte lo
quendi scientiam: et poetarum narratioēz.
Nec satis est poetas legisse excutiendum o
mne scriptorum genus: nō propter histo
rias modo: sed uerba quę frequenter ius
ab auctoribus sumunt. Grammatice nisi oratoī
futuro fundamenta fideliter iecerit: quicquid
superstruxerit corruet. Hec necessaria pueris
iocunda senibus: dulcis secretorū comes: et
quę uel sola omī studiorum genere plus ħt
operis: q̄ ostentationis. Cōgerenda sunt uerba
rebus accomodata. sola est quę notari possit:
ueluti uelocitas quę ευφωνία dicitur eius
delectus est quod melius sonat eligere inter
Sermo ea quę idem significant. Sermo constat ra
tione: uetustate: auctoritate: atq; consuetu
dine. Rationem prestat precipue anologia:
nōnunq̄ etiam ethimologia. uetera maiestas
quedam et quasi religio commēdat. Aucto
ritas ab oratoribus uel historicis peti solet.
Nam poetas metri necessitas plerūq; excu
sat. Consuetudo uō certissima loquendi ē

magistra. Vtendum plane sermone est: ut numo
cui publica forma sit. Itaq; nõ semp ratione
nitimur: sed exemplo: nec lex est loquendi:
s; obseruatio. nec Analogiam alia res fecerit   Analogiam
q̃ consuetudo. Sed abolita et abrogata re-
tinere insolentię est. et friuolę in paruis ia-
ctantię: quare mihi nõ inuenuste dici ui-
detur aliud esse latine aliud gramatice loq.
Ethimologia quę uerborum originẽ inquirit   Ethimologia
a cicerone notatio dicitur. habet aliquãdo   Cicero.
usum necessarium: quoties res, de qua agitur
interpretatione eget. hec in se multã conti-
net eruditionẽ. Custodienda est diligenter
ea quã graeci orthographiã uocant: nos re-   orthographia
cte scribendi scientiam. hec consuetudini q̃;
seruit. Ideoq; saepe mutata est. Ego qd con-
suetudo obtinuerit sic scribendũ quidq; iu-
dico: quomõ sonat hic enim est usus lrarũ
ut custodiant uoces: et ueluti depositum re-
ddant legentibus. Itaq; id exprimere debẽt
quod scripturi sumus. Exerceatur lectione
adoloscens: in qua imprimis precipio ut in-
telligat: ut sciat ubi suspendere spiritũ de-
beat: quo loco uersum distinguere: ubi cl-
audatur sensus: unde incipiat: quando at-
tollenda uel sumittenda sit uox. quid q̃;
flexu: quid lentius: quid concitatius celeri,
lenius dicendum sit: quod demostrari nisi
in opere ipso potest nõ. Sit in primis lectio
uirilis: et cum suauitate quadam grauis: et

.C.Cęsar

Homerus
Virgilius

nō prosę similis: si uersum legit nam carmē se poetę canere testantur. nō tamē in canticum dissoluta nec plasmate: ut nunc a plerisq; fit effeminata. de genere optime .c. cęsarē pretextatum adhuc accepimus dixisse. si cantas male cantas. si legis cantas. Nec prosopopeias ad comicum morem pronunciari uelim. ēē tn̄ flexum quēdam quo distinguantur ab his in quibus poeta persona utitur. Ab homero atq; Virgilio lectio incipiet: q̄q̄ ad intelligendas eorum uirtutes firmiore iudicio opus sit. Interim sublimitate heroici carminis aiūs assurgit: et ex magnitudine rerum spiritū ducit: et optimis imbuitur. Utiles tragedię. alunt et lirici. Comedia plurimū ad eloquētiam confert: quod per omnes personas et affectus transit. et cum mores in tuto fuūnt. inter precipua legenda erit: et in tragediis grauitas uerborū: in comedijs aūt elegantia inuenitur. Credamus igitur summis oratoribus: qui ueterū poemata, uel ad fidnem causarum, uel ad ornamētū eloquentię assumūt, ea orationibus inter serunt nō modo eruditionis gratia: sed iucunditatis et leuandę asperitatis causa: quorum sententijs quasi testimonijs utūtur. pedum proprietas nō modo in carmine desideratur: sz in oratoria compositione necessaria est. his accedat narratio historiarum diligens quidem: nō tamē usq;

ad superuacuum labore occupata: et hec satis de ratione loquendi: quam metodicen et de narratione auctorum: quā hystoricen greci uocant. hoc loco sufficiant.,

De officio grammatici.

Discat narrare sermone puro et nihil se supra modum extollente. Deinde eandem gracilitatem stilo excipiat. Versus primo soluat: mox mutatis uerbis interptetur. Tum paraphrasi audacius uertat: qua et breuiare quaedam: et exornare saluo sensu poete permittitur. Narratiunculas a poetis celebratas notitie causa tractandas puto.,

Aliarum artium cognitio.

Aliis artibus etiam futurus orator instituendus est: ut fiat ille orbis doctrine quam graeci ἐγκυκλοπαιδείαν uocant. Geometriam igitur ac musicen nō ignorabit. Ex multis enim et uariis suauitas illa orationis perficitur. Ut enim apes mellis illum inmutabilem humane rationi sapore uario florum ac sucorum genere prestant: sic orationem orator.,

De Musice.

Musice enim tante uenerationi fuit apud priscos: ut musici uates et iudicarentur. Thimagenes affirmat musicen omnium studiorum antiquissimam esse. Deorum nāq; et heroum laudes ad cytharā canebantur. hanc plato ciuili uiro necessariam ducit. et Licurgus musices discipli-

Thimagenes
plato
Licurgus

nam probauit. ea namq; natura ipsa ad tol
lerandos facilius labores, ueluti munere no
bis dedisse uidetur. hec quondam grāmati
cę coniuncta fuit: et idem utriusq; artis p̄
ceptores ut Architas, et Arystoxenus. uocis
Archytas rationem trifariam Arystoxenus diuidit, in
Arystoxenus ῥύθμον μέλος. μέτρον quę necessaria fuit
oratori. Vnum namq; ad gestum: alterum
ad collocationem uerborum. Tertiū ad uo
cis flexus pertinet: qui sunt in agendo pl
urimi: namq; et uoce et modulatione gr
andia elate: iucunda dulciter moderata
leniter dicenda sunt: ut congruant cum
affectibus: qui ex arte ducuntur. pertinet
siquidem ad agendum, mouetq; audien
tium affectus uocis intentio: remissio et fl
exus. Alia namq; modulatione concitatio
nem iudicis. Alia misericordiam impetr
amus. Corporis quoq; decens motus: qui
dicitur εὐρυθμία necessarium est nec ali
unde peti potest: in quo pars actionis nō
minima est: et in primis curā uocis ha
C. Graccus bebit orator. C. Gracco concionanti mu
sicus seruus post eum adsciscens fistula m
odos: quibus deberet intendi ministrabat.
Nec poetę sine musice sunt: quod quidē
declarant qui carmina ad liram compo
suerunt. pythagoram accepimus concita
pythagoras tos ad uini pudicę domum afferendam
iuuenes mutatis a tybicine in spondeum

eius iussu modis composuisse., De Geometria
Geometriam teneris ętatibus utilem
dicunt. Agitat namq; animū, et inge
nium acuit: et celeritatem percipiendi
tradit: quę quidem diuisa est in nume
ros et formas. Numerorum quidem notitia
nō mō oratori, sʒ cuicumq; primis saltem
litteris erudito necessaria est. Turpe est
in causis sūmas trepidare, et digitorum
incerto aut indecoro gestu a computatione dis
sentire. Illa etiam liniaris ratio cadit frequen
ter in causas nam de terminis mensurisq; st̄
lites. hanc dialecticę similem potius q̄ rhetori
cę quidam fatentur: quod propositis questioni
bus conclusionem sumat ex syllogismo. pro
bat siquidem orator quāuis raro: tn̄ aliqn̄
dialecticę, et syllogismis si res poscet utetur: et
certe enthymemate qui rhetoricus est syllo
gismus. falsa enim ueris similia Geometria
ratione deprehendit. eadem tollit se ad ra
tionē usq; mundi et syderum certos consti
tutosq; cursus numeris docet. quod ad ora
torem etiam pertinet: qua doctus perycles perycles
Atheniensium exercitum solis obscuratio
ne territum metu reddita ratione libera Sulpicius gallus
uit. et sulpicius gallus in exercitu lucij
pauli de lunę defectione disseruit: ne ue
luti prodigio diuinitus facto militum ani
mi terrerentur. Quod si Nicias in sicilia Nicias
sciuisset nō eodem confusus metu Atheniē-

suum exercitum amisisset.,

De pronuntiatione et gestu.

Videndum in uoce est nec exilitate frã-
gatur; neue seniliter contremiscat. E-
dementur etiam oris uicia. expressa sint ue-
rba; et suis queq; litterę sonis enũtientur.
Videndum q; ne exilitate nimia aut ping-
uitudine laboremus. Verba ne in fauci-
bus enunctientur uidendum est; ne ue o-
ris inanitate resonent. Nec tamẽ semper
simplicem uocis naturam et recto modo
grauiorem spiritum sequamur. Curãdũ
etiam ne extremę syllabę intercidant;
et si quando exclamandum est; ut sit la-
teris conatus et nõ capitis. Gestus ad uocẽ; uul-
tus ad gestum accommodetur. Recta sit faci-
es dicentis; nec labia detorqueantur. Viden-
dum etiam ne in modicus hyatus rictũ dis-
tendat; ne supinus sit uultus; ne inclinata
utrolibet ceruix; ne supercilia ad singulos
uocis conatus eleuentur; ne nimis constri-
cta sint; aut inter se dissidant. Doceat co-
medus quomodo narrandum sit; qua sit
auctoritate suadendum; qua concitatiõe
consurgat ira. Qui flexus doceat misa-
tionem. quod ita optime faciet; si certos
ex comediis locos elegerit; et ad hoc ma-
xime idoneos; et hoc in firmiore etate.
Orationes enim tum legere oportebit; cũ
uirtutes earum iam sentiet; tunc lectione

earum formabitur: et electa ex illis ediscet. et clare ac si agere oporteret enuntiabit. Videndum ut recta sint brachia: ne indoctę ac rusticę manus: ne status indecorus. nequa in proferendis pedibus inscitia: ne caput oculiq; ab alia corporis inclinatione dissideant hec ex chironomia sumũtur: quę lex gestus dicitur: quę a Socrate et platone in parte ciuilium uirtutum ponitur: et a crysippo in pręceptis de educandis pueris ponitur., plura eodẽ tp̃re discẽda. Chironomia Socrates plato Crysippus

Hec quę discenda sunt: quãuis diuersa: tñ eodem tempore disci possunt: nec confunditur animus diuersis disciplinis. Natura enim humani ingenij ita agilis et uelox est: et sic in omnẽ partẽ spectat: ut ne possit quidem aliquid unũ tantum agere: sz in plura. nõ mõ eodez die: sed etiam eodem temporis momẽto uim suam impendat: et difficilis labor tędiumq; discendi uicibus leuatur. Sicuti diuersitate ciborũ stomacus reficitur: et minore fastidio alitur.,

Explicit primus liber Incipit secundus

Quando rhetori tradendus sit puer.

Demus cuiq; professioni suum tempus. Nam grammaticę suos fines nouit. tenuis siquidem a fonte assumptis poetarum, hystoriarũmq; uiribus pleno iam satis alueo fluit: et rhetoricę: cui

nomen uis eloquendi dedit officia sua nõ
detrectet: nec occupari gaudeat pertinẽtez
ad se laborem aut possessione sua depelli.
Ut primum igitur poterit puer acceptis:
que grammatici ut dixi. sunt, rhetori tra
dendus est: nec a grammatico prorsus ab
ducendus est. dabuntur enim illi tũ q̃s
tempora sua. Neq; enim uerendum erit:
ne binis preceptoribus oneretur puer. nõ
crescit quidem: sed diuiditur. qui sub u
no miscebatur labor et erit sui quisq; o
peris magister utilior.

De officio preceptoris et moribus.

SVmat ante om̃ia preceptor parentis
erga discipulos suos animũ: ac succe
dere se in eorum locum putet: a quibus
sibi liberi tradantur: nec habeat ipse ui
tia: nec aliorum ferat. Non austeritas eius
tristis nõ dissoluta sit. comitas: ne inde o
dium. hinc contemptus oriatur. Minime
sit iracundus: nec eorum que emẽdaue
rit dissimulator. Simplex in docendo. pa
tiens laboris. assiduus potius: q̃ immodicus.
interrogantibus libenter respondeat: nõ in
terrogantes percuntetur. In laudandis di
scipulis nec malignus: nec effusus. Altera e
nim res tedium laboris. Altera securitatem
parit. In emendando neq; acerbus neq;
contumeliosus sit: pendeat ex iudicio pre
ceptoris discipulus: atq; id dixisse recte

putet quod ab eo probabitur Vultū preceptoris intueatur et cum audit et cum aliquid ipse di cit. Absit a tumore discipulus et a uana de se ipso persuasione et magistri iudicio distat: et di cat. Careat magister nō tantū turpitudinis cri mine uerum etiam suspetione.,

An protinus preceptore optimo utēdū

Optimo cuiq; ac doctissimo rhetori traden dum imprimis adoloscentē duco. est enī melius optimis: q̄ primum imbui. difficile nā q; est uitia que semel insederint eluere. pp quod Timotheum clarum in arte tibiarū ferūt duplices ab his quos alius instituisset solitum exigere mercedes: q̄ si rudes traderentur Valet si quidem in precipiendo plurimū ratio: que doctissimo cuiq; plenissima est. Summittet se tn̄ doctissimus ille ad mensuram discentis: ut ue locissimus aliquis si forte iter cum paruulo fa ciat: dat manū et gradum minuit: nec proce dit ultra: q̄ comes possit. o~minimo faciliora st ad intelligendum: et lucidiora multo; que a doctissimo quoq; traduntur q̄ que a medio cri. Statura enim breues in digitos eriguntur et plura infirmi minantur. est quidem q̄sq; obscurior quo deterior. Indoctus ille etiam p̄ bat fortasse uitiosa ut placere audientibus co gitur. Sit ergo tam eloquentia: q̄ moribus p̄ stantissimus qui ad phenicis homeri exem plum dicere ac facē debeat., De p̄mis exercitationib;

A Narratione placet esse ingressum: que

Timotheus

phoenix

fabula

Argumẽtũ

historia

tripartito accipitur. Est enim fabula: que rem
ota ab omĩ ueritatis forma in poetis cernit(ur).
Est et argumentũ: quod quãuis falsum, ueri
simile tamẽ est. ut in comediis. Est et hy
storia: in qua rerũ gestarum est expositio.
Sed sicuti initium grammatico a poetis de
dimus: sic rhetor accipiet ab historia. Sit n
arratio nõ arrida atq; ieiuna: neq; redun
dans ac sinuosa. In puero orationem perfe
ctam neq; exigendam neq; sperandam pu
to. Materiam tamẽ abundantiorem atq;
fusiorem uolo: q̃ macilentẽ atq; exilem. Vbe
rtas quidem facile remedium habet. Sterili
tas nullo labore uincitur: quo circa arrid
us magister uitandus est: nõ minus q̃ in
teneris plantis siccum et sine humore so
lum. Ingenia puerorũ nimia emendatio
nis seueritate deficiunt. desperant siqdẽ
et dolent. postremo etiam oderũt. Iucun
dus ergo sit preceptor: ut ea que asperio
ra sunt molli manu leuiantur. Stilo cõ
poni maxima diligentia uolo: et primo
formã recte atq; emendate orationis sc
ribant accipiant: q̃ ex temporalis garrul
itatis: ex qua oritur pessima dicendi cõ
suetudo: et arrogans de se persuasio: que
magnos profectus perdit. Narrationibus
subiũgitur opus destruendi confirmã
diq; eas quod uocatur ἀνασκευὴ ϗ κατασ
κευὴ id fit non in fabulosis rebus: sed

monumentis annalium: ut si queratur an credibile sit super caput Valerii pugnantis sedisse coruum: qui os, oculosque hostis, rostro atque alis euerberaret. sit ingens in utranque partē ad dicendum materia: ut de lupa Romuli et egeria nume. Sepe etiam queri solet de tempore de loco: quo gesta res sit dissentientibus inter se historicis. Inde ad maiora tendendum est. Laudare claros uiros: et improbos uituperare. Que res ingenium multiplici uariaque materia exercet: et animum contemplatione recti prauique instituit. Sumitur etiam thesis ex rerū comparatione ut rustica ne uita: an urbana potior. Iuris periti, an militaris uiri laus maior et que ad deliberationē pertinent. ut ducenda ne sit uxor. petendi ne magistratus: que personis adiecte suasorie fiūt. Legum laus atque uituperatio maiores uires desiderat. Nam genera iuris tria sunt: sacri, publici: et priuati: in quibus diligenter exercere adoloscentem utile est.

Valerius
Romulus
Egeria
Thesis

De lectione oratoris

INstruantur a rhetore in primis discipuli in historia: tum in orationū lectione: et utile quidem erit facto silentio unum aliquem per uices constituere lectorem: et nihil ociosum pati: sed ostendere quid in Inuentione quid in Elocutione adnotandum sit: quid in proemio

conciliandi iudicis causa Que narrandi lux
Que breuitas. Que fides. Quod consilium:
et q̄ occulta caliditas: Que prudentia in di
uidendo q̄ subtilis et crebra argumentatio:
quibus uiribus inspiret: qua iucunditate p
mulceat. Quanta in maledictis asperitas: et
in iocis urbanitas: que bene doceri, nisi ab
artifice non possunt. prodest etiā aliquādo
uitiosas orationes legere: et obscura tumida
humilia. sordida lasciua reprehendere: et f
requenter interrogare: et iudicium discipu
lorum experiri. hoc diligentie genus ausim di
cere plus collaturum discentibus q̄ omes om
nium artes. An declamet preceptor: ut audi
toribus sit exemplo. Non plus enim contule
rit ciceronis aut Demosthenis lectio, nec pa
lam corriget. siquid in declinando discipu
lus errauerit. Est enim potentius emēdare
orationē et iocundius. Aliena namq3 uitia
quisq3 reprehendi mauult q̄ sua. Qui primi legēdi

Cicero
Demosthenes

Optimos quidem legendos et statim et s
emper duco et ex historicis Liuium ma
gis q̄ Salustium. Cicero iucundissimus inci
piendus: et apertus satis est. nec prodesse tā
tum: s3 etiam amari potest. post eum legē
dus erit: ut quisq3 ciceroni simillimus sit.
Caueat adolescens ne nimie antiquitatis
admirator in graecorū: et catonis: et simi
lium lectione durescat. Fiunt enim horri
di, et ieiuni: et ex diuerso uideat: ne recē

Liuius
Salustius
Cicero

Cato

tum flosculis delinitus praua complurima d
iscat. Legenda enim et uetera illa, et hec iu
niora firmis iudiciis et iam extra periculū
positis., De Diuisione

Materias quas discipulis legendas ad dicē
dum damus, placet nō tantum diuisio
ne dirigere: sȝ probationibus: et affectibus im
plere. plus enim prodest protinus rectam ui
am demonstrare: q̄ reuocare ab errore iā
lapsos. libentius namq; pręcipientem audiūt
q̄ reprehendentē., Igitur incipientibus dā
da erit, ueluti pręformata materia secun
dum cuiusq; uires: sȝ cum satis ad exēplū
composuisse uidebuntur: breuia quędam ue
stigia demonstrare satis fuerit: quę persecu
ti iam suis uiribus permittantur: ne mala
consuetudine per se conari sciant: ueluti
aues cernimus: quę teneris foetibus cibos
et collatos partiuntur. At cum uisi sunt a
dulti paulum egredi nidis: et circūuolare
pręcedentes ipse docent: tum expertas uir
es libero caelo permittunt., De Ediscendo

Ut scribere adolescentes plurimum: et in
eo opere esse sedulo uelim: sic electos
locos ex oratoribus atq; historicis aliis ue
clarissimis scriptoribus ediscere optem. Ac
rius namq; memoria exercetur, aliena: q̄
sua discendo: et facile a se inuenta perdi
scet. qui aliena memorię cōmendare con
sueuit. ex illis namq; imitationē recte ra

tionis assumet. copia electorum uerborum a
bundabit: et ueluti ex recondito thesauro
compositio. et recte figure sibi suppeditabit.
Discet etiam aliquando ex suis: ut fructu
sui laboris sentiat: et ueluti premio studi-
orum suorum donetur.,

Secundum ingenii sui naturam

ITa quemque instituere oportet: ut proprie
nature bona doctrina quoque foueantur.
in id enim potissimum ingenia: quo ten-
dunt adiuuanda sunt. facere igitur doc-
tum oportet. namque alius historie magis
idoneus erit: alius compositus ad carmen:
alius ad ius ciuile. nonulli fortasse rus
mittendi. adiuuat tamē doctrina, et na-
turam ad rectiora dirigit. Isocrates quem
nō magis libri bene dixisse: q̄ discipuli
bene docuisse testantur: cum de Ephoro
et Theopompo sic iudicaret: ut alteri freno
alteri calcaribus opus esse diceret. indicauit
alterum alterius natura miscendum; et
precipitem freno coercendum. segniorē
aculeo incitandum esse. Hec tamen duo
uitanda sunt: unū ne temptes quod ef-
fici nō possit. Alterum ne ab eo. quod
quis optime facit, in aliud cui minus
idoneus sit, transferas.,

Isocrates
Ephorus.
Theopompus

De officio discipulorum.

Discipulos moneo: ut preceptores suos
nō minus q̄ studia ament: eosque pare-

tes existiment: nō corporis: sȝ mentis. pluri-
rimum hec pietas proderit: nam ita liben-
ter audient: dictis credent: et se similes fi-
eri concupiscent. Sint leti et alacres in cō-
uentu aliorum, emendati nō irascantur:
laudati gaudeant. nam ut officium illo-
rum est docere: sic horum prebere se do-
ciles. Eloquentia coalescere nequit, nisi so-
ciata tradentis atq; accipiētis concordia.

De declamādi utilitate

DEclamandi ratio, utilissima est: con-
tinet enim fere in se omnes oratio-
nes, uirtutes: et uirtuti proximā imaginē
reddit: et ita a plerisq; celebrata est: ut
ad formandam eloquentiam, uel sola suf-
ficere uideatur eius materię: quę fingū-
tur. ueritati q̄ simillime sint. Declamatio
enim quātum potest. eas actiones imitari
debet: in quarum exercitatione reperta
est. Numquā igitur sit supra fidem ue-
ritatis. uolo grandia et tumida sint. nō
tamen stulta atq; ridicula quę ponuntur.
sȝ si iam cedendum sit, impleat se aliq-
uando declamator: dummodo sciat: ut
quadrupedes: cum uiridi pabulo disten-
tę sunt. sanguinis extractione curantur:
et sic ad cibos uiribus conseruandis ido-
neos redeunt. Sunt enim nōnūquam
ad popularem delectationem: quales le-
gimus panagyricos: et totum genus de-
monstratiuum: et ideo permittuntur hec

plus cultus: et ars que in ueris causis occultat
clarius ostenditur:, Artis cognitio necessaria

FAlluntur qui opinantur naturam satis et
exercitationem ad plenam eloquentiam.
Ars siquidem necessaria est. sine qua nō mō
eloquens: sȝ ne disertus quispiam esse potest.,

Quare indocti et.

INdocti uitio male iudicantium fortius
elicere putantur: ut qui maiorem uim
habere putant que nō habent artem: uelu
ti effringere: q̄ aperire, rumpere q̄ soluere.
trahere. q̄ ducere putant robustius. Sed fal
luntur: quia uirtutes quedam, uitiorum ui
dentur uicinitatem habere. Nam maledi
cus pro libero: Temerarius pro forti. Effusus
pro copioso, corrupto iudicio accipitur. Sed
sine arte dicere omnio temerarium est.,

Maledicus
Temerarius
Effusus.

Quis modus in arte

PRecepta eloquentie nō quasi leges imm
utabili necessitate constricta sunt: sȝ m
utantur pleraqȝ causis temporibus. occasione.
necessitate. et idcirco consilium res precipu
a in oratore habetur: quia uarie. et ad re
rum momenta conuertitur: nō enim roga
tionibus plebis uestitis sancta sunt hec pre
cepta. Sed utilitas in causis sequenda est: si
cut in pictura accidit: que quāuis habeat
spetiem tota facie: tn̄ a bono artifice aliqn̄
uariatur. Apelles imaginem Anthigoni late
re tn̄ altero ostendit: ut amissi oculi de
formitas lateret: sic in oratione quaedam
operienda sunt: uel qd ostendi nō debent:

Apelles
Anthigonus.

uel quod

uel quod pro dignitate nõ possunt ut fecit Thim-
anthes cythnius in ea tabula qua Colothem te-
ium uicit. nam cum in Epigenię immolatiõe
pinxisset tristem Calchantem tristiorẽ Vlixẽ
addidisset Menelao quẽ summum poterat ars
efficere merorem. consumptis affectibus non
reperiens quo digne modo patris uultũ pos-
set exprimere uelauit eius caput: et suo cu-
iq; animo iudicandum reliquit. Nonne hu-
ic simile est salustianum illud. Nam de Kar-
tagine tacere satius puto: q̃ parum dicere.
Idcirco minime colligari potest orator ade-
a precepta: quę καθολικα uocantur. Multo
labore assiduo studio: uaria exercitatione: p-
lurimis experimentis: altissima prudentia:
presentissimo consilio constat ars dicendi.,

Thimanthes
Colothes
Epigenia
Calcas
Vlixes
Menelaus
Salustius

Diuisio rhetorices

Rhetoricen in latinum uertentes tum o-
ratoriam tum oratricem dicunt. Ego a-
utem quia uerbum ẽ uerbo nõ exprimitur
grece rhetoricen appellabo: quę diuiditur ut
de arte de artifice de opere dicamus. Ars
est bene dicendi scientia. Artifex orator cu-
ius summa est bene dicere. opus quod ab eo
efficitur. i. bona oratio. hęc diuiditur in sp̃es
de quibus infra: Nunc autem de prima pa-
rte ordiar.,

Ars
Artifex
opus

Quid sit rhetorice finisq; eius

Rhetoricen quidam finiunt a qualitate i-
psius rei: alii a comprehensione uerbor-
um: et alii quoq; malos uiros posse oratores
esse. alii quorum sententię accedimus artẽ

hanc nisi bonis uiris tribui putant. Quidam
illorum qui a uitę laude secernũt, dicunt
rhetoricen uim tantum. Quidam scientiã
sꝫ non uirtutem. Quidam usum. Quidam
artem a scientia et uirtute disiunctam:
Quidam artis prauitatem .i. κακοτεχνίαν
hi aut in persuadendo aut in docendo
ad persuadendum apte munus orandi po-
situm putant: quod fieri etiam potest ab
eo: qui uir bonus nõ sit. Rhetoricen uim
esse persuadendi dicunt. Vim alij potesta-
tem: alij facultatem. graeci δύναμιν appellãt.
Isocrates — huius opinionis princeps Isocrates fertur. Is
finem artis temere comprehendit dicens
plato — rhetoricen esse persuadendi opificem idest
πείθουσαν δημιουργον idem sentit plato
in libro: qui Gorgias inscribitur. Sed hanc
Cicero — opinionem Gorgię uult esse nõ suam. Cice-
ro pluribus locis scribit. oratoris officiũ
esse apposite ad persuadendum dicere: et
in rhetoricis finem facit persuadere: sed
et pecunia: et gratia et forma etiã persua-
phryne — dent: et pleraque eius generis: ut phrinen nõ
Hiperydes — admirandi oratione hyperidis: sꝫ conspectu
corporis spetiosissimi quod tunica deducta
nudauit periculo liberatam putant. ab hac
Theodectes — opinione nõ discessit Theodectes si eius op-
us est quod de rhetorice inscribitur: siue
Aristoteles — sit Aristotelis: ut alij malunt: in quo est fi-
nem rhetorices esse ducere homines dicẽdo

in id quo auctor uelit. sed ne hoc quidem satis est; persuadent enim ut ducũt alia: ut dixi: ut meretrices, adulatores: et e contra non semper persuadet orator. Apollodorus ab hac sententia nõ multum discedit: qui ait iudicialis orationis primum et super omĩa esse persuadere iudici: et sententiam eius ducere in id quod uelit. Aristoteles magis discedit ab euentu cum dicit. rhetorice est uis inueniendi omĩa in oratione persuadebilia. Hermagoras ait finem eius persuadibiliter dicere. Eudoxius uim putat inueniendi et eloquẽdi cum ornatu credibilia in omñi oratione. cornelius celsus finem rhetorices dixit dicere persuadibiliter in dubia et ciuili materia. Alij non hanc sperant a uirtute, et finiunt rhetoricen esse bene dicendi scientiã et recte. benedicere enim nõ potest nisi bonus. Sic et Crysippus: et sententia Chreantis scientiam recte dicendi esse ait. Ego autẽ dicam quod probabo rhetoricen esse bene dicendi scientiam cum reperto quod est qui querit aliud peius uelit. finis igitur id est τέλος erit benedicere.

Apollodorus
Aristoteles
Hermagoras
Eudoxius
cornelius celsus
Crysippus
Chreantes

Vtilem rhetoricen.

VTilem admodum hanc dicendi disciplinam dicendum est: qua usi uel maxime urbium conditores sunt, et legum latores: et qui precepta recte uiuendi tradiderunt. et deus parens rex mundiq; fabrica-

tor nullo magis hominē a belluis seperauit q̄
dicendi facultate. Parum siquidem ratio in
nobis perficeret: que quidem socios nos cum
diis immortalibus facit. nisi que concepisse-
mus mente promere etiam loquendo possem⁹.
Si igitur a diis nihil prestantius oratione ac
cepimus: quid tam dignum cultu ac labore
ducamus: aut in quo malumus prestare hoīb;
q̄ quo ipsi ceteris aīantibus prestant., Artē eē rhetoricen
ARs ne sit rhetorice minime ambigendū
est. Nam quis adeo nō ab eruditione mo
do: sz a sensu hominis remotus est: ut fabric
ādi quidem et texendi et luto uasa ducēdi.
artem putet. Rhetoricen aūt maximū ac
pulcherrimum opus in tam sublime fastigi
um existimet sine arte uenisse. Aristoteles
Aristoteles
autē ut solet querendi gratia subtilitatis su
e argumenta excogitauit in grylo: sz idem
de arte rhetorica tres libros scripsit: et in p̄mo
nō artem solum eam fatetur: sz ei particulā
ciuilitatis sicuti dyalectice assignauit., Ex qbꝫ artibus
ARtium alie sunt in spectione .i. cognitiōe
et existimatione rerum posite ut Astro
nomia nullum exigens actum: sz ipso rei cu
ius studium habet intellectum contenta: que
θεωρητικαί dicuntur: alie in agendo: qua
rum finis in actu perficitur. nihilq; post ac
tum operis relinquunt: que πρακτικαί
appellatur: qualis est saltatio: Alie in affectu
operis: quod oculis subicitur cōsumationē

nō finem accipiunt: ut quā ποιητικην appellant
qualis est pictura: unde iudicandum est. rhe
toricen in actu consistere: perficit enim qđ
officij sui est uidetur tamē ex alijs multū
accipere. nam aliquando in spectione conten
ta est. Erit namq; rhetorice in oratore et
tacente. et effectiue aliquid habet simile sc
riptis orationibus uel historijs quod erit o
pus oratorium Si tamē una ex tribus ar
tibus habenda sit quia maximus eius usus
in actu continetur actiua uel administr
atiua uocabitur.

Natura an doctrina plus cōferat.

Constat consumatus orator natura et do
ctrina neq; sine utrisq; fieri pōt: sꝫ si
alteram demas. natura sine doctrina mul
tum ualebit. Doctrina aūt sine natura nul
la esse poterit: si pares sint in mediocrib;
Natura maius momentum habebit. Consu
matos autē plus doctrinę q̄ naturę debere
putabo. Sicuti terrę sterili nihil bonus a
gricola profuerit. et e terra uberi utile a
liquid nullo etiam colente nascitur: at in
solo foecundo plus cultor: q̄ per se ipā bo
nitas soli efficiet. Natura igitur materia do
ctrinę est. hęc fingit. illa fingitur: nihil ars
sine materia. materię sine arte precium
est. Ars summa. materia optima melior.

An Virtus rhetorice sit

Queritur rhetorice ne sit ex medijs
artibus: quę utiles: uel secus ex more
utentium fiunt: uel sit uirtus: ut nonul

lis placet: ea si a moribus secernitur et sine litteris uagatur impetu quodam nō artificioso tunc est ἀτεχνία idest sine arte: si ad bonorum perniciem uertitur, tunc κακοτεχνία est, idest mala ars. Sin aūt in rebus superuacuis uersabitur, erit ματαιοτεχνία quasi uanus labor: futilis ars. Sȝ hanc: cuius imaginē sequimur: quę bono uiro conuenit, uirtutem dixerim: et apud ciceronem crassus eandem unam ex sūmis uirtutibus esse dicit: et cicero ipse in epistolis ad brutum, et aliis in locis, uirtutem eam appellat. At si quis diceret ea nonullos male uti: respondebimus latronē aciter pugnare: uirtutem tamē esse uirtutem fortitudinem: et tormēta malum sermonum sine gemitu ferre. At qui tolerantia doloris laude sua nō carebit.

Cicero

Cicero

Gorgias

De materia rhetorices

Materiam rhetorices Gorgias apud platonem orationē esse dixit: quę si p sermone composito dicitur oratio, nō materia: sed opus erit: ut statuarii statua. Sin uerba significari putamus. eadem sine rerum substantia nihil faciunt. Quidam persuasibilia argumenta: quę et ipsa in parte sunt operis: et arte fiunt: et materiā indigent. Quidam ciuiles questiōes quę materia rhetorices est: sȝ nō sola. Quidam quia uirtus sit, materiam ei totam uitam tribuunt. Ego autem materi

am rhetorices iudico omnes res quecumque
ei ad dicendum subiecte erunt: quã sentẽ-
tiam probat cicero. et alio loco sentit de o- Cicero
m̃ibus rebus oratori esse dicendum: sicut
et dialectices materia est de rebus omnib;
subiectis disputare. quas quidem zeno a-
deo coniunxit: ut dialecticen compresse in
pugnum manus rhetoricen explicite similẽ
diceret. Gorgias rhetori adeo de rebus om- Gorgias
nibus putauit dicendum: ut se interroga-
ri pateretur: qua de re quisque audire ue-
llet. Aristoteles tris faciendo partes oratio- Aristoteles
nis. Iudicialem: Deliberatiuã. Demonstratiuã.
omnia pene subiicit oratori. Nihil enim n-
on in haec cadit.,

Explicit liber secundus. Incipit Tertius.
De scriptoribus artis rhetorices.

PRimus post eos: quos poete narrant
qui aliquid in rhetorice mouit fuit Empedocles
Empedocles. Artium aũt scriptores antiqu- Chorax
issimi Chorax et Thisias siculi. post eos Le- Thisias
ontinus Gorgias Empedoclis discipulus: qui Gorgias
centum et nouem annos uixit: et Trasyma- Trasymacus
cus calcedonius: cũ hoc et prodicus chyus prodicus
et Abderites prothagoras: a quo decem prothagoras
milibus denariorum didicisse artẽ: quã
edidit Euathius dicitur: et hyppias eleus Euathius
et Alcydamas eleates: quẽ plato palame- Hippias
dem appellat. Anthiphon orationem p̃mus Alcydamas
omnium scripsit: et artem composuit. po- Anthiphon policrates

Theodorus
Isocrates
Aristoteles
Theodectes
Theophrastus
Hermagoras
Atheneus
Apollodorus
Theodorus
.M. cato
.M. Antonius
.M. Tullius
Cornificius
Stertinius
Gallio
celsus. Laenas.
Virginius. plinius
Tutilius.

Iscrates optime pro se dixit. et Teodorus bizā-
tius. clarissimus Gorgie auditorum fuit Isocra-
tes quo sene optauum enim et nonagesimū
impleuit annum. Aristoteles oratoriam artē
precipere cepit. eodem tempore Theodetes fu-
it. et Theophrastus Aristotelis discipulus artē
diligenter scripsit. Hermagoras artē dedit:
quam plurimi sectati sunt: cui emulus Athe-
neus fuit. Tum Apollodorus pergameus cesa-
ris Augusti preceptor. et Theodorus gaderus
quem tiberius cesar audiuit. Romanorum
primus M. cato aliqua condidit. et M. Anto-
nius incohauit precipuum uō lumē sicut
eloquentie ita preceptis quoq; eius dedit i-
nitium apud nos orandū specimē M. Tullius.
post quem tacere modestissimum foret nisi
et rhetoricos suos ipse adoloscenti sibi elaps-
os diceret et in oratoriis hec minora que p-
lerique desiderant omisisset Scripsit nō pauca
cornificius in arte aliqua Stertinius. nōni-
hil pater Gallio Accuratius uero ante eum
celsus et Laenas. et etate nostra Virginius pl-
inius Tutilius., Inicium artis rhetorice.

INicium dicendi ipsa rerum natura hōib;
protinus genitis dedit Inicium aūt artis
obseruatio. homines enim sicut in medicina
cum uiderent alia salubria: alia insalubria.
ex obseruatione eorum artem fecerunt ita
cum in dicendo alia utilia alia inutilia &
cernerent, notauerunt ea ad imitandum

uitandumque et quedam secundum rationē eorum adiecerunt ipsi quoque que confirmata deinde usu sunt. Cicero initium orandi urbium conditoribus et legum latoribus dedit: in quibus necessarium est uim fuisse dicendi.

Cicero

Quot partes rhetorices.

ORandi ratio quinque partibus constat. Inuentione. Dispositione. Elocutione. Memoria. pronūciatione siue Actione. his addiderunt quidam sextam partē. Iudiciū inuētioni subnecterent. Sed Cicero quāuis in rhetoricis posuisset. in partitionibus tamē oratoriis. et in libris de oratore quinque illis partibus primis contentus fuit et iure. Nam Inuentio. Dispositio. Elocutio. et Actio iudiciū in se cōmixtū habent. Memoria aūt custos est omniū. has quidam opera: quidam elementa quę uocant nuncupauerūt. Sed nec elemēta iure quis dixerit essent enim tantum initia: nec opa. que nō ab aliis perficiuntur sed aliud ipsa perficiūt. Iure igitur partes dicentur.

Cicero

Quot genera ciuilium causarū.

TRia genera causarum esse et Aristoteles, et complures alii fatentur. Est eīz Demonstratiuum quod et Laudatiuū a meliore parte appellant. utcumque nomē a greco fluxit. nam ἐγχωμιαστικὸν aut ἐπιδειχτικὸν dicunt. Sed ἐπιδειχτικὸν nō tam demōstrationis quā ostentationis uim habet: quod quidem laudem uel uituperationē demōstrat.

Aristoteles

Alterum Deliberatiuũ quod suasionẽ ac dissuasionem habet Tertium Iudiciale quod accusationem ac defensionẽ continet: ut plerisq; placet Anaximenes tamẽ addit exquisitionẽ quod ἐξεταστικὸν dicitur. Qui uõ hanc tripartitã diuisionẽ faciunt. tria genera auditorum esse affirmant. Vnum quod ad delectationẽ conuenit. Alterum quod consilium accipiat. Tertium quod causas iudicet. Mihi etiã eiusmodi ratio succurrit: quod omẽ orationis officium, aut in iudiciis est. aut extra iudicia. Eorum de quibus iudicio queritur, manifestum est genus. ea q̃ ad iniucem spectant, aut preteritum tẽpus habent: aut futurum. preterita laudamus uel uituperamus. De futuris deliberamus. Item cum omnia de quibus dicendum est: aut certa sint, aut dubia. certa ut cuiq; est animus laudat aut culpat. Ex dubiis partim nobis ipsis ad electionẽ libera: et de his deliberatur. partim aliorũ sententię amissa, et de his lite cõtẽditur. Ceterę species in hęc tria gña incidunt. Nihil enim inuenitur. in quo nõ sit laudatio, aut uitupatio. suasio aut dissuasio intensio aut depulsio. Illa aũt sunt cõmunia, conciliare. narrare. docere. augere. diminuere. concitandis, componẽdis ue affectibus animos audientium fingẽ

Nec uerum est quod dicitur laudatiuam
materiam esse honestorũ. Deliberatiuã utili-
um. Iudicialem iustorum. Stant enĩ om
nia mutuis auxilijs. nam in laude iusti-
tia. utilitasq̃ tractatur. et in consilijs hone-
stas. Iudicia aũt raro sine aliqua harum
ꝑtium reperies. Quibus continetur omis ratio dicendi.

Omnis oratio constat ex his que signi-
ficantur .i. rebus et uerbis. Facultas
orandi natura. arte. exercitatione. qui-
dam addunt imitationẽ. quã nos arti
subijcimus. Tria prestare debet orator:
ut doceat. moueat et delectet. Questio-
nes aut in scripto sunt aut in nõ scripto.
In scripto de iure sunt. In nõ scripto de
re. Illud rationale. hoc legale genus. he- Hermagoras
rmagoras uocat .i. νομικον και λογικον
Questio aut infinita est. que remotis p-
rsonis. temporibus. et locis tractatur. hãc
greci dicunt θέσιν. Cicero propositũ. Alij θεσις Cicero
questionẽ uniuersalem. alij phylosoficam
appellant. quã Cicero in scientiã et actio- Cicero
nem distinguit. ut sit scientiȩ. an proui-
dentia mundus regatur. actionis an ad
rem p. accedendum sit. aut finita. que
complexu rerum. personarũ ac tempoꝝ
continetur. que a graecis ὑπόθεσις a no-
stris causa uocatur. Finita ab infinita de-
scendit. qm̃ amplior est. Infinita est an
uxor ducenda sit. finita an Catoni sit

Cicero

Apollodorus

Negocium

Cicero

Theodorus

ducenda et ideo suasoria esse potest. quis infi nita proprie phylosophorũ sit Infinita aut rhetorum Vtranqȝ tñ cicero in topicis, et li bris de oratore usui nostro tradit his uerb is. A propriis personis, atqȝ temporibus auo cemus controuersiam Latius enim de gñe q̃ de spetie licet dicere. et quod in uniuer so probatum est. id etiã in parte tenet. Ca usam Apollodorus finit negociũ omnibus suis partibus ad questionem spectans. Aut causa est negocium: cuius finis est cõtroue rsia Negocium est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorum, serm onum. scriptorum, et nõ scriptorum. Cau sam nunc intelligimus ὑπόθεσιν Negoc ium aut περίστασιν Cicero causam diffinit que certis locis, personis temporibus, actio nibus, negociis cernitur, aut in omnibus: aut in plerisqȝ., Quid sit status.

CAusa omnis aliquo statu continetur. Sed quod nos statum, quidam cõstit utionem uocant Alii questionẽ. Alii quod ex questione apparet. Theodorus caput a quo omniá referuntur. κεφάλαιον γενι κώτατον Statum greci στάσιν uocant. ut ex eo qđ ibi sit primus cause congressus uel qđ in hoc causa consistat Statum q dam dixerunt primarum causarum cõ flictionem. sȝ melius dicitur. qđ ex pma

conflictione nascitur .i. genus questionis. feci
sti: nō feci. an fecerit hoc fecisti. nō hoc feci.
quid fecerit. illud coniectura. hoc finitione
queritur. constat igitur ex intensione. et
depulsione. Simplex causa etiā. si uarie de-
fenditur nō potest habere plus uno de q
pronuncietur. atque inde erit status causae
quod ut orator precipue sibi opponēdum
et iudex spectandum maxime intelligit. In
hoc enim causa consistit. Ceterum si quest
ionum sint diuersi. Statum tamē dicam
in eo esse: quod est potentius. Nec in cau
sa Milonis circa primas questiones: que st
ante proemium posite iudicabo confluxis
se causam. sed ubi totis uiribus insidiator
clodius. ideoque iure interfectus ostenditur.

Unde ducatur status.

Statum primam eius cum quo agitur
deprecationē quidam putant: quod cō
plectitur cicero cum ait in quo primū in-
sistit: quasi ad repugnandum congressa de-
fensio. Sed queritur an semp statum faciat
qui respondet. Cornelius celsus nō a depul
sione sumi ait: sed ab eo qui propositionē
suam confirmet. Sed hoc accidit pro con
ditione causarum. Aliquando enim propo
sitio statum facere uidetur: ut in coniec-
turalibus causis utitur coniectura magis
qui agit. Igitur eundem quidam a reo
inficialem dixerūt. et in sylogismo tota ra
tiotinatio ab eo est qui intendit. Idcirco

cicero.

Cor. celsus.

modo qui ait· modo cum quo agitur. statum
facit. Sic accusatoris intensio, hominē occi-
disti: si negat, reus facit statum: si confite-
tur, et iure fecit dicit a se adulterū oc-
cisum permittente lege: nisi aliquid acc-
usator respondet, nulla lis est: nō fuit in-
quit adulter. Actoris est depulsio, et ille
facit statum. Quidam ambiguum fugi-
unt, et dixerunt statum esse quod apparet
ex intensione ut fecisti, nō feci: aut re-
cte feci. Hermagoras statum uocat p quē
subiecta res intelligatur: et ad quem p-
tium probationes referantur. hos autem
et si frequenter diuersi questionū status
in causa sint. in eo statum cause dicim⁹
in quo maxime res uertitur: quē alij ge-
neralem statum appellant. quidam unum
tm̄ statum dixerunt coniecturalē: quod
res omnis signis colligeretur: quod non
placet. Coniectura dicta est a coniectu
idest directione quadam rationis ad ue-
ritatem. Vnde etiam somniorū ac omi-
num interpretes coniectores appellantur.

Archiedemus duos facit status. Coni-
ecturalem: et finitiuum. Alij conie-
cturalem inficialem appellarunt: ab infi-
ciando: quia accusatorem coniectura re-
um infiaciatione uti putant. Iuridicia-
lis est qui δικαιολογικὸς dicitur. s; ut
ab Archiedemo qualitas exclusa ē. sic ab

Hermagoras

Coniectores

Quot et qui statub̄.

Archiedemo

his repudiata finitio quã iuridiciali subi-
ciunt. Celsus Cornelius duos etiam facit ge-
nerales an sit et quale sit priori subijcit
finitionem. qualitatem in rem et scriptũ
diuidit. Scripto quatuor partes legales ex-
clusa translatione. Quantitatẽ et mẽtis
questionem coniecture subiecit. Cicero/
et plerisque tres faciunt quibus omnia que
in controuersiam cadant contineri puta-
nt. Sit ne. Quid sit. Quale sit. Antoni-
us apertis nominibus tres fecit status. Co-
niecturalem, legalem. Iuridicialem: et
sic Virginius. horum species sex ut legali
subijcerent finitionẽ. leges contrarias que
ἀντινομία dicitur. Scriptum et sententi-
am i. κατὰ ῥήτου καὶ διάνοιαν Transla-
tionẽ: quã alij transumptiuam. alij trãs-
positiuam. greci μετάληψιν uocant ra-
tiocinationem: quẽ συλλογισμὸν appellant.
Nostrorum alij collectiuum. Ambiguitatẽ
que ἀμφιβολία dicitur. has quidam stat-
us appellarunt. Alij legales questiones. Di-
cendum preterea est in omnibus causis
quadripartitam esse rationem: quã intu-
eri debet qui acturus est: Nam ut a de-
fensore incipiam: cuius tuendi rõ diffici-
lior est. Videat si quod obicitur negari
potest. proximum est si nõ id quod obij-
citur factum esse ostenditur. Tertium qđ
honestissimum est: cum recte factũ defen-

Cel. corne[illegible]

Cicero.

Antonius

ditur Vltimum est cum omnia hec desunt ali-
quo iuris adiutorio elabi ex crimine quod non
negari nec defendi potest. ut non uideatur iu-
re actio intendi hic fiant questiones, siue a-
ctionis, siue translationis. hec quatuor in d-
uo genera descendunt Rationale et Legale
Rationale simplicius est. constat enim nature
contemplatione itaque satis est in eo ostendis-
se coniecturam finitionem, qualitatem. legalium
plures sunt species. Multe enim sunt leges
et uarias habent formas. Alia est: cuius u-
erbis nitimur. alia cuius uoluntate Alias
nobis cum ipsi nullam habemus, adiun-
gimus Alias inter se comparamus. Alias in
diuersum interpetramur. Sic nascuntur
hec ueluti simulacra ex illis tribus. Inter
dum simplicia: interdum mixta. propri-
am tamen faciem ostendenti, aut scrip-
ti, et uoluntatis: que sine dubio aut quali-
tate, aut coniectura continetur: et Sylogi-
smos qui et maxime qualitatis, et legis con-
trarie que iisdem quibus scriptum, et u-
oluntas constat ἐξ ἀμφιβολία que semper
coniectura explicatur finitio quoque utri-
que generi quodque rerum quodque scripti con-
templatione constat comunis est. De laude et uitu-
ratione.

Demonstratiuam partem quoniam nomen
ab ostentatione accipit a parte nego-
ciali. i. πραγματικῆ Aristoteles remouit
et ad auditores tantum religauit Sed apud

Aristoteles

romanos negocijs inseruit. Nam funebres laudes
sepe ex senatus consulto fiunt. Laudamus i
iudicio testem Laudamus in senatu uiros
probos. Vituperamus et improbos: quod qdē
sententie uim tenet. Sunt tamē quedam
hoc genere materie ad solam ostentationē
composite laudes ut heroum: et aurei se
culi. hec ut laus: que negocijs adhibetur
desiderat probationē sic illa que ad osten
tationē componuntur: ut ad fidē celestis o
rtus Romuli inducemus: quod in proluē
tem coniectis nō potuerit extingui. habet
nōnunq̄ defensionis spetiē: ut si in laude he
rculis permutatum cum regina lydie ha
bitum: et imperata pensa excusemus. prop
um laudis amplificare et ornare. princi
paliter laus cadit in deos et in homines. In
deis generaleter maiestatē et naturā laud
abimus Deinde inuenta ad hominū utili
tatem Vis ostendetur ut in Ioue rege deo
rum atq; hominum. In marte belli In nep
tuno maris. Inuenta ut in minerua arti
um. In mercurio lrarum Preterea gesta
egregia, si qua cōnumerantur: addunt eti
am honorem parentes. Addit et antiquitas.
In quibus laudi est: ut geniti sint immor
tales. in aliis quod immortalitatē uirtute
sint consecuti: ut in diuis imperatoribus
apud romanos. Laus hominum temporib;
diuiditur: qđ ante eos fuerit: ut patria

parentes maiores: quorũ nobilitati respondisse pulcrum erit, ut humilius genus factis illustrasse laudabimus nõ nunquã oracula auguria future claritatis: ut natum thetide maiorẽ patre futurum oracula cecinerunt. Laus hominis ex animo, corpore et extra positis sumitur. In corpore ut pulchritudo. Robur ut Agamẽnone et Achille. Est aliquando infirmitas admirationi ut Thidea paruum: sed bellatorem dicunt. Fortuna principibus dignitatem affert. Est enim uberior materia ostendendę uirtutis. Minores etiaʒ opes maiorem gloriam benefactis pariunt. Corporis et fortunę bona laudamus: quod qui habuerit honeste usus sit. Verior tamen laus uirtutis: que per etatem distinguitur, laudamus primis annis indolem: tum disciplinas post facta, aut dcã illustria, laudem diuidimus in spetiem uirtutum ostendendo: quid pręclare egerit secundum quanqꝫ uirtutem. Laudamus etiam ħtiores post mortem: ut statuas. Laudamus monumenta ingeniorum seculis comprobata: ut in menãdro iustiora posterorũ: q̃ sui seculi iudicia. Laudant liberi parentes: urbes/conditores, Legum latores. Artium et institutorum inuentores. Idem ordo constabit et in uituperatione: tñ in diuersum: nam

turpitudo generis multis fuit opprobrio: et claritas improbos inuidię magis subiicit. Mala thersiten contemptui dedere. alios bona uitijs corrupta ut Herea imbellem. plisthenē impudicum. Vicia tot sunt: quot uirtutes: et post mortem tractantur. in his qui ignominia notati sunt. et in uita. sicuti uirtutes. s; ita tractanda sunt: ut ea quę laudamus credantur. quę autē uitupam⁹ odio habere uideamur. auditorum laudē admiscere utile erit. et sicuti hominibus decori est laus: sic in quibusdam operibus honor. utilitas. pulchritudo. auctor spectari debet. honor ut in templis. Vtilitas ut ī muris. pulchritudo uel auctor in utrisq; et sic in locis: ut est de sicilia apud ciceronem. in qua et utilitatem. et spetiē laudat. Omnes tres status cadere in hoc opus possunt. hisq; usum .C. Cęsarem in uituperando catone notauit cicero. Totū hoc simile habet cum suasorijs: quia plerumq; eadem illic suaderi: hic laudari solent., De suasoria et prosopopeia.

Cicero

C. Caesar

Cicero

DEliberatiua quę et suasoria dicitur de futuro principaliter consultans querit: aliquando etiam de preterito: et constat suasorie et dissuasione. hanc cicero dignitate contineri statuit. Respicit tamē honestam utilitatem. huius principalis status est qualitatis: frequenter etiā cōiecture

Cicero

nõnunq̃ finitionis. Aliquando etiã legales trac
tatus incidere possunt. et precipue in consiliis
priuatorum Proemio quale in iudicialib9
est nõ ubiq3 eget: quia conciliatus est ei q3
q3 quem consulit: eius loco inicium ponim9.
nõ enim abrupte incipiendum est. beniuo
lentiam plerunq3 captare debemus eorum
qui audiunt Aristoteles putat a nostra. et
ab eius qui dissentit persona duci frequẽ
ter exordium. nõ unq̃ ut minor res nõ ui
deatur maior. In demõsteatiuis proemia li
bera sunt. nam longe a materia duci pos
sunt. Vt Salustius in catilinario: et iugurti
no bello principiis orsus est: nil ad historiã
pertinentibus s3 in hoc genere proemio
breuiore utimur: et ueluti quodam initio
contenti esse debemus. Narrationẽ priuata
deliberatio nõ exigit. nemo enim ignorat
de quo consulit: multa enim possunt nar
rari extrinsecus: quę ad deliberationẽ atti
nent. Sepe narratur ordo rei. frequenter
enim concitanda aut lenienda est ira. se
pe ad metum cupiditatem. odium. conci
liationem. miserationẽ animi impellendi
sunt. Auctoritas in consiliis plurimum ual
et. nam prudentissimus: et optimus esse ut
haberi debet: qui consiliis suis alios credere
uelit. Consilia nanq3 secundum mores dan
tur. Cicero et omnes graeci officium huius
generis concionale putant: et in sola uir-

tute uersari.

Aristoteles

Salustius

Cicero

tute uersari ideo suasori precipue uires ciuitatis et mores notos esse uoluit. nobis aut tria spectanda esse uidentur. quid sit de quo deliberatur qui sint qui deliberant qui sit qui suadet. Res aut certe fieri potest aut incertu est si fieri possit. Si incertum est, sit questio, et agitur ex coniectura ut an siccari possit palus pontina et in his que constat aliquando posse fieri coniectura agitur ut rec[e]deat ne hanibal si Scipio in africam exercitum transtulerit. partes suadendi quidam putauerunt. honestum Utile necessarium. ego huic tertie locu no inuenio. Nam si necessitatem uocant: in qua grauiorum metu cogimur utilitatis erit questio. obsessi cibo: et aqua defecti: si deliberant de deditione no de necessitate sed de utilitate deliberant. perire an debere sese utilius sit. Igitur aut de sola utilitate ambigitur an questio inter utile et honestum consistit. omnis deliberatio de dubijs est. melius igit tertiam posuerunt quidam δύνατον i possibile: Aliquando utilitatem despiciendā dicimus: ut faciamus honesta ut Saguntinis suademus ne se dedant hosti: q̄ q̄3 perituri sunt. Aliqn utilia honestis perferimus: ut punico bello serui armentur. queritur etiaz nonunq̄ inter duo utilia: utrum utilius: et inter duo honesta: utrum honestius. Ita fere omis suasoria nihil aliud est: q̄ comparatio. Animi in deliberando considerādi

Hanibal
Scipio

plures an singuli et in pluribus senatus an populus: romani greci: an barbari. proinde sexus dignitatis etatis: et habenda morum ratio est. honestis honesta suadere facile ē. A turpibus si honesta obtinere conabimur nō est exprobranda eorum natura: sȝ aūis permouendus: neqȝ honesta tractanda: que nō sentiunt: sȝ ad uulgi opinionē et ad utilitatem redigendi. Aliquando etiam timor eis obiciendus est. Iniquorum quippe ratio noscenda est: ut melius equa tueam̄: neqȝ enim quisq̄ est malus: ut uideri et uelit. Sic catilina apud Salustium loquit̄ ut rem sceleratissimā nō malitia: sȝ indignatione uideatur audere: Neqȝ a se ipo cum dicimus discendum est: nam que in alijs libertas: in alijs licentia uocatur. et quibusdam sufficit auctoritas. Quosdā ratio egre tuetur. Idcirco prosopopeię difficillime sunt: in quibus ad reliquum suasorie laborem accedit: et persone difficultas. aliter nanqȝ cesar: aliter cicero: aliter cato suadere debebit. Vtilissima erit exercitatio nō mō futuro oratori: cui necessaria est: uerū poetis atqȝ historicis futuris: nec minus uitiosa est oro si ab homine: q̄ si a re: cui accomodari debuit dissidet. Quare considerandum est: quid cuiqȝ persone conueniat: quid senes postulent: quid auari: quid lenes:

Catilina
Salustius

quid asperi: et denique quid omnes: quorum habitus dicendo concipiendi sunt. que prosopopeie dicuntur: quas suasoriis subieci. Theophrastus quam maxime remotum ab omni affectione in deliberatiuo genere uoluit esse sermonem. et Aristoteles magis idoneam ad scribendum demonstratiuam materiam putauit: quod tota ostentationis esset. Suasoriam autem simplicem: et grauem et sententiis quam uerbis clariorem. omnes consentiunt usum exemplorum huic maxime conuenire: cum plerumque futura preteritis respondeant. Sitque experimentum rationis testimonium.,

Theophrastus

Aristoteles

De Generibus.

Genus iudiciale duobus officiis constat intensionis et depulsionis. eius partes sunt quinque. proemium. Narratio. probatio. Refutatio. peroratio. his quidam addunt partitionem. propositionem: egressionem quem alii excessum uocant. Sed priores due probationi succedunt: Nam proponere que probaturus sis, necesse est. partitio autem dispositionis est species. Dispositio non pars rhetorices per omnes materias fusa: sicut inuentio: et elocutio. ideo non orationis partem: sed questionum singularum eam esse puto: que est questio: in qua non promittere orator possit: quid primo: quid secundo: quid tertio loco sit dicturus. Egressio si extra causam est pars cause esse non potest.

proemium
Narratio
Probatio
Refutatio
Peroratio

a

Aristoteles

fine in causa adiutorium uel ornamentum: et tunc pars earum est ex quibus egreditur. Aristoteles refutationē detrahit, tanq̄ probationi subiectam cui nō assentior. hec enī destruit que illa constituit. Is proemio, nō narrationem subdit: sȝ propositionē quia propositio genus. Narratio species uidetur et hac non semper illa semper et ubiqȝ opus ēē dicit. Ante omnia intueri oportet quod sit genus cause: quid in ea queratur que prosint: que noceant: quid confirmandum sit: quid refellendum: tum quomodo narrādum postremo uidendum quomō iudex conciliatus sit. neqȝ assentior his qui proemium nouissime scribendum putāt. nam nec pingere quispiam a pedibus incipit. Inspicienda aūt materia est, quo precipimus ordine. scribenda uō quo dicimus.,

De partibus causarū iudicialiū.

CAusa omnis in qua pars altera agentis: altera recusantis est: ut unius rei contouersiam habet aut plurium. Illa simplex: hec autem coniuncta dicitur. Simplex ut adulterij ut furti. Coniuncta aut eiusdem generis ut in pecunijs repetundis. aut diuersi ut si quis sacrilegij aut homicidij simul accusetur. Additur tertium genus comperatiuū: ut cum inter delatores queritur uter premium meruerit. Addunt quidam mutuam accusationem que ΑΝΤΙΚΑΤΗΓΟΡΙΑ dicitur. cui similis est petitio inuicem diuersarū rerum

Cum apparuerit genus cause, intuebimur nege-
tur ne factum: quod intenditur an defenda
tur, an alio noīe appelletur: an genere actoīs
repellitur unde sunt status. Quid sit q̄stio

Hermagoras

Hermagoras deinde querendum putat:
quid sit questio. Ratio. Iudicatio. continēs
quod alij firmamentum uocant. Questio intel
ligitur omnis de qua in utraq; uel in plures
partes credibiliter dici potest. In iuridiciali
causa altero modo accipitur: cum dicimus
plures questiones habere controuersiam: quo
etiam minores complectimur. Altero quo si
gnificamus sūmam illam in qua causa uer-
titur: et ex qua status noscitur: an factum sit
quid factum sit. hanc graeci uocāt
Ratio est qua id quod factum esse constat
defenditur. horestes matrē occidit hoc con
stat dicit se iuste fecisse Status erit qualita-
tis. Questio an iuste fecerit. Ratio qd ea ma
ritum suum horestis patrem occidit. hoc αἴ-
τιον dicitur. κρινόμενον aūt iudicatio: an
oportuerit uel nocentem matrē a filio oc-
cidi. Causa quoq; ex causa .i. αἴτιον ἐξ αἰτίου
nascitur ut occidit Agamenonem c-
lythemestra: quia ille filiam commune imo-
lauerat. Nascuntur ex una questione plu-
res rationes: ut si horestes addat aliam et
causam: quod responsis sit impulsus: quot e-
nim cause tot iudicationes. nam iudicabi
tur an responsis parere debuerit. Sz quis

plures questiones suos status habeāt· tn̄ unus causę erit status ad quem omnia referentur ita iudicatio propria de qua iudicatur ꝓnunciatur Cυνέχον quod alij continens alij firmamentum appellant· Alterius status questionem· alterius iudicationē putant· Questio qualitatis an recte clodium Milo occiderit. Iudicatio coniecturalis an Clodius insidias fecerit. Ipsa coniectura refertur ad qualitatem· nā si est insidiatus Clodius sequitur ut recte sit occisus,

Clodius
Milo

Incipit quartus liber. De Exordio.

Exordium

Exordium uel principium quod latini dicunt· longe melius greci proemium uocant· nam apud nos initiū tantum significat· apud illos partē ante ingressum rei; ut apud cythare dos exordium emerendi fauoris grā fit ante legiptimū cantū οἶμον enim cantus est. Sic oratores ad conciliandos aīos perloquūtur; siue qđ οἶμον uiam appellant· inde id quod ante ingressum rei ponitur sic uocatur· Principij causa est· ut auditorē in causa nobis preparemus. id fit tribus rebꝫ si beniuolum; si attentum; si docilem fecerimus; quę deinde in tota causa cōseruanda sunt. Beniuolentiā aut a personis. aut a causis accipimus. personarū triplex ratio est. ex aduersario litigatore et iudice. additur nō unq̄ persona ipsius oratoris

q̄ꝗ̄ partius de se loquatur. si uir bonus creditꝰ
si officio ductus uenisse ad agendum exis-
timatur. nam ut plurimū prodest in causa
dicentis auctoritas. sic longe obest turpitu-
dinis suspitio. Est tacita comendatio. si nos
infirmos, impares agentiū profitemur. Vitā-
dum ne contumeliosi, maligni. supbi, ma-
ledici in quēq̄ uideamur. et precipue in
eos qui lędi nisi aduersa uoluntate iudi
cum nequeunt. patronus partis aduer-
sę aliqn̄ nobis dabit exordium. si eius e-
loquentiam nos timere fingemus. ut eam
suspectam iudici faciamus. Interdum p
contumeliam. sꝫ per q̄ raro. Litigatoris p
sona uarie tractatur. nā tum dignitas eiꝰ
allegatur. tum cōmendatur infirmitas.
Contingit relatio meritorum. de quibus
uerecundius est dicendum. Multum agit
sexus etas conditio. nam miseratio plurimū
iudicem inclinat. tamē proemio nō cōsum-
enda. Aduersarij personam ijsdem omnibꝫ
in contrarium ductis impugnatur. Nam po-
tentes sequitur inuidia. humiles cōtemp-
tio. Turpes odium. quę tria animū iudi-
cis alienant. Iudicem conciliabimus no-
bis eum laudando. et eius laudem ad u-
tilitatem nostrę causę coniungemus. et
cum dicemus eius dignitatem pro ho-
nestis iustitiam pro humilibus. Misericor-
rdiam pro infelicibus. Seueritatē p lęsis.

Cicero

Mores iudicis noscendi sunt ut assumamus in
causis quem competat. mitigemus que rep
ugnent. Est preterea detrahenda uel con
firmanda opinio iudicis. est aliquãdo me
tus amouendus: ut Cicero pro milone ne
arma pompeij contra se disposita putaret
laborauit. nonunq̃ admouendus: ut idem
in. uerren. facit. Si causa conciliandi iudic
is materiam dabit. ex ea potissime ordie
mur et que maxime fauorabiliora uide
buntur, decerpemus Vt aũt hec inuenire
et augere prestat. ita que ledunt reppellẽ
aut minuere. proemiũ ab epilogo quidã
distare putant. quod in hoc preterita in il
lo futura dicantur. Sȝ ego magis puto quod
ingressu partius et modestius pretentanda ẽ
iudicis misericordia In epilogo uõ liceat
totos effundere affectus et fictam orationeȝ
induere personis et defunctos excitare et
pignora eorum producere que minus ex
ordijs sunt usitata. Ad causam extra perti
net tempus: unde principium pro celio ẽ
locus pro deiothar o habitus pro milone
opinio In uerrem fama iudiciorũ. expecta
tio uulgi. nihil horum in causa est. et tñ
ad causam pertinẽt. plerunqȝ attentum iu
dicem facit. si res agi uidetur noua mag
na: atrox pertinens ad exemplum cuius
animus spe metu admonitione, precibus,
uanitate agitandus est Docilem sñ dubio

&

ipsa attentio prestat. sed illud etiam si breui-
ter et dilucide sumam rei indicauimus. qd
homerus et Virgilius operum suorũ princi-
pijs faciunt. Quę res similior est proposi-
tioni q̃ expositioni: nec quomõ quid sit ac-
tum: sꝫ de quibus dicturus sit orator osten-
dat: ut cicero pro cluentio. Animaduerti
iudices omnẽ accusatoris orationẽ in du-
as diuisam esse partes. et quę sequuntur.
Id tamẽ totum respondenti est quia hic
admonendus. illic docendus est iudex In-
minuenda quedam et leuanda et quasi cõ-
temnenda sunt. ad remittendam intensi-
onẽ iudicis quã aduersario prestat: ut ci-
cero pro ligario Quid enim agebat aliud
ironia illa. q̃ ut cęsar minus in rem tãq̃
nõ nouam intenderet. Quid pro cęlio q̃
ut res expectatione minor uideretur. Sꝫ
hec uarie pro genere causę tractanda st.
Genera causarum sunt quinqꝫ honestum.
humile. dubium. admirabile. obscurũ .i.
ἔνδοξον: ἄδοξον ἀμφίδοξον παράδοξον δυσ-
παρακολούθητον Quidam addunt tur-
pe quod alij humili alij admirabili subi-
iciunt. Admirabile est quod preter opi-
nionem hominum habetur. in ancipiti
maxime beniuolum iudicem. in obscuro
docilem: in humili attentum parare de-
bemus. Nam honestum ad conciliandum
satis per se ualet. In admirabili et turpi.

Homerus Virgilius

Cicero.

Cicero

Gñã causarum

remedijs opus est: et ideo exordium in duas diuidunt partes. principium et insinuationē; ut sit principijs recta beniuolentię et attentionis postulatio: quę etiam in turpi genere nō possit. Insinuatio surrepat animū: ubi sors causę nō sit honesta: uel quia res sit improba: uel qđ parum probetur: uel sit inuidiosa a persona patroni uel rei. Si causa laboramus persona subueniat: si persona causa: si nihil est quod nos adiuuet. queramus quid aduersarium lędat. In his quę negari nō poterunt elaborandum ut aut minora: q̄ dictum est: ut alia mente facta aut nihil ad presentem q̄stionem pertinere aut emendari posse penitentia aut satis iam punita uideantur. Est opus insinuatione etiā si aduersarij actio iudicum animos occupauerit. Si dicendum apud fatigatos est quorum alterum promittendo nostras probationes et aduersas eludendo uitabimus. Alterum spe breuitatis et his quibus attentum fieri iudicem docuimus. Vrbanitas opportuna est reficit animos. prodest occupare que obstare uidentur: ut cicero dicit. scirise mirari quosdam quod is qui per tot annos defenderit multos lęserit neminē ad accusandum uerrem descenderit: qđ sce

ma προληψις dicitur. proemium facturus
intueatur: qui apud quem: pro quo: contra
quem: quo tempore: quo loco: quo statu re-
rum: qua uulgi opinione dicendum sit:
quid iudicem sentire credat: quid de-
sideremus: aut deprecemur: et tunc ip-
sa natura ducet ut sciat quid primum
dicendum sit: nec argumentis: nec locis:
nec narrationi similis in proemio de-
bet esse orō: nec deducta semp: ac circū-
lata: sed sepe simplici: ac inelaborate si-
milis. Nec uerbis uultuq; nimia promi-
ttens. Dissimulata enim: et ut graeci di-
cunt ἀνεπίφατος Actio melius sepe sb-
repit. Modus proemij pro causa sit. nam
breue simplices longius perplexe suspecte-
q; et infames desiderat. Vitanda est eius
longitudo ne in caput creuisse uideatur.
et quo preparari debet, fatiget. Vitiosum
Exordium est. quod in plures accomod-
ari potest. id uulgare dicitur. commune.
quo et aduersarius uti potest. commuta-
bile quod in suam utilitatem flectere.
Seperatum quod cause nō coheret. Tran-
slatum quod aliunde trahitur. Aliquan-
do superuacuum est: ut si iudex prepara-
tus sit: aut si res preparatione nō eget.
Aliquando eo uti non licet: ut cū iud-
ex occupatus sit: cum angusta sunt tē-
pora: cum maior potestas ab ipsa re co-

git incipere si multiplex causa est sua quib9
q̧ partibus danda prefatio ē: ut audite
nunc reliqua: ut transeo illuc ex proemi
o ad expositionem transibitus uel ad pr
obationem apte tñ. nā nō ut abrupte ca
dere in narrationem ita nō obscure trās
cendere est optimum si longior sequetur
expositio: ad eam preparandus est iudex:
ut cicero sepius facit., De narratione:

AVditorum aīo per exordium prepa
rato natura exigit rei narrationez
cuius quidam plura faciunt gnā ut non
solum sit expositio rei de qua agitur: sed
persone loci temporis causarum: quibus f
requenter historici utuntur. Addunt expo
sitionem et preteritorum temporum esse
et presentium et futurorum que solis uati
cinantibus datur nam ὑποτύπωσις
nō est habenda narratio constat tñ non
semper esse narrandum Breues namq; ca
use propositionem potius q̄ narrationē ha
bent uel cum de agitur nota iudici: aut
ab alio conuenienter priore loco exposita.
In iudiciis duas narrationum species existi
mo: alteram ipsius cause: alteram in re
rum ad causam pertinentiū expositione.
Non occidi hominem, nulla erit narrati
o: sed erit circa argumenta criminis:
uel de ante acta uita: uel de aliis causis.
Nam theucer nō tñ dicet occidisti aiacē: sed

addet inuentum eum in solitudine iuxta ex
anime corpus inimici cum gladio cruento.
et Vlixes nō modo dicet nō occidi sꝫ nullas
sibi cum Aiace inimicicias fuisse et de lau
de inter ipsos fuisse certamē et quod in so-
litudinem uenerit iacentem exanimē sit cō
spicatus. Gladium ex uulnere extraxerit Inde
subiycitur argumentatio etiā cū narrationi-
bus suis. Due sunt pertinentes ad causam sꝫ
nō ipsius cause narrationis: Vt in Verrem de Cicero
L. Domitio qui pastorem quod is aprum qu-
em ipsi muneri obtulerat exceptū eē a se
uenabulo confessus esset in crucem substu-
lit uel excutiendi alicuius extrinsecus cri-
minis ut pro Rabino postumo: nam ut uē-
tum alexandriam est iudices hec una ratio
a rege proposita postumo est seruande pecu-
nie: si curationem et quasi despensationem
regiam suscepisset uel augendi ut describit
iter ueris ficta narratio introduci solet ut
ad concitandos iudices: ut pro roscio circa
chrysoganum: uel ad soluendos aliqua urba-
nitate ut pro cluentio circa fratres cepasi- Cicero
os Interdum per egressionē decoris gratia
qualis rursus in uerrem de proserpina que
omnia eo pertinent ut appareat nō utiqꝫ nō
narrare eum qui negat se illud ipsum nar-
rare quod negat. Superuacuam narratioēꝫ
dixi cum nota sit causa auditori quod sic
intelligi uolo: si factum ita nobis expedit

opinabitur: nō enim tm̄ inuenta est narratio ut cognoscat iudex: sed ut consentiat magis. Quare nō modo docendus: sȝ afficiendus narratione: et tunc utemur uenia dicendi. Rogabimus ne grauetur: cum sit necessaria narrationis repetitio. tunc plurimis figuris ad euitandum tedium utendum ē. Nam narratio semper subiicienda est proemio: nam causarum conditio id mutat ut Tullius pro milone: qui tres proposuit questiones: postea narrauit. Ergo eiusmodi questiones uim proemij obtinent: quando iudicem preparant. Nam postea narrauit cum obiecta diluit: ut enim in armorū ratione antiquior cauendi q̄ ictum inferendi cura est. occurritur nōnūq̄ conuitijs. ut Cicero in M. celium: qui primo de Luxuria petulantia impudentia dixit. deinde narrauit Narratio est rei factę aut nō factę utilis ad persuadendum expositio Vel ut Appollodorus finit oratio docens auditorem quid in controuersia sit. ea debet etiam dilucida breuis et uerisimilis Narratio aut tota pro nobis est: aut tota pro aduersarijs: aut mixta ex utrisq; Si tota pro nobis contenti sumus his tribus partibus: quibus fit ut iudex intelligat meminerit, credat. Nam si acciderit: ut aut nō intelligat: aut non meminerit aut non credat frustra la-

Tullius

Cicero

Apollodorus

borabimus. Erit igitur dilucida: si uerbis pro-
priis et id significantibus utemur, nō sordid-
is nō exquisitis. neq; ab usu remotis Tum di-
stincta sit rebus, personis temporibus, locis, cau-
sis: et ipsa pronūptiatione accomodata: ut
iudex q̄ facillime accipiat hec a quibus ne-
gliguntur ut nota: sed nihil aliud in elo-
quentia experti difficilius reperiunt q̄ quod
dicturos fuisse omnes putant. Breuis erit
narratio si ceperis rem exponere: unde ad
iudicem pertinet: si nihil extra causam
dixeris. si tum reddideris omnia quibus
sublatis: nec cognitioni quicq̄: nec utilita-
ti detrahitur nam quotiens exitus rei satis
ostendit priora, eo contenti esse debemus.
Superuacuum est dicere, cupidus ego li-
berorum uxorē duxi, natum sustuli fi-
lium educaui: in adolescentiam per-
duxi: cum satis sit dicere est mihi fi-
lius iuuenis. Unde quidam graecorum
aliud circūcisam expositionē. i. σύντομον
aliud breuem putauerūt. quod illa su-
peruacuis careret. hec posset aliquid ex
necessariis desiderare. Nos breuitatem
dicimus, nō ut minus: sȝ ne plus di-
catur q̄ oporteat. Vitande sunt iterat-
iones quas ταυτολογίας κὰι περισσολογίας
uocant: sunt enim uitiose. Vitanda
est nimia breuitas: que obscuritatem
facit. Satius enim est aliquid superesse

23

q̄ deesse nam superuacua cum tedio dicuntur.
necessaria u° cum periculo detrahuntur Vi
tanda sunt illa Salustiana. q̄q̄ in ipso uirtu
tis obtinet locum breuitas et abruptū ser
monis genus. quod ociosum fortasse lectorē
minus fallit: audientem transuolat nec
dum repetatur expectat. Media igitur tenē
da est uia. ut sit ornata ac docta breuitas.
Nam et fallit uoluptas. et minus longa que
uidentur, delectant. si longior rei expositio
erit. poterimus mentione facta partem ali
quam differre ut quos assumpserit socios
quēadmodum disposuerit insidias alio lo
co dicam. Quedam ex ordine pretermi
tenda sunt; ut Cicero moritur fulcinius mu
lta quia remota sunt, a causa pretermictā.
leuat tedium partitio ut dicam que ante
acta sint. dicam que in ipsa re: dicam que
postea. Expedit breui interpositione disting
uere Audistis que acta sunt. accipite que
sequantur. Est enim nō inutilis in extrema
parte commonitio. Cicero adhuc, cesar Q.
Ligarius omni culpa uacat Verisimilis narra
tio erit si nihil nature aduersum dicamus
si rationes causis de quibus queritur propo
nemus. Si personas conuenientes constitue
mus. Nec illud fuerit inutile semina q̄dā
probationis spargere. Nonnūq̄ breui argu
mento proposita confirmare. ut in uenefici
is sanus bibit statim concidit, liuor ac tu

mor consecutus est. optime preparationes sunt
que latent: ut a cicerone ponuntur: ut
miloni clodius: nõ clodio milo insidiatus
uideatur. plurimum facit callidissima illa
simplicitatis imitatio. Milo domum uenit.
calceos: et uestimenta mutauit: et alia que di
cit nequid preparato uel festinato milo uide
atur fecisse. hec sunt que credibilem faciũt
expositionẽ. Cum narratio contra nos erit:
quidam nõ esse narandum putauerũt sed
qui fieri poterit nisi forte tam hebes futurus
est iudex ut secundum id pronunciet quod
sciat te narrare noluisse. Sed in eiusmodi
narratione aliqua neganda: aliqua adici
enda aliqua mutanda: aliqua etiam tacẽ
da sunt. Sed ea que liberum erit tacere quale
est Respondit que ei uisum est. Cause tamẽ
destinguende sunt. nam si nõ de culpa queri
tur. uerum de actione licebit respondere
ut pecuniam de templo sustulit priuatam,
nõ ideo sacrilegus est Sunt tamen huiusmodi
questiones mitigande ut nõ consilium ca
ptauit: sed obcasione et absentia custodum
uictus pecuniam sustulit. Interdum quasi da
nemus ipsi ius: te dicam uino impulsum
errore lapsum nocte deceptum furtum
admisisti poenam lues. Cum queritur an
factum sit, uel quale factum sit expositio
nem salua causa tam et si contra nos sit
euitare nõ possumus nam nihil a nobis

narretur: iudex illa esse credit. que aduersarius uerbis exasperauerit exponemus igitur: sʒ nō eodem modo alias causas alias rationes dabimus: uerbis elauare quaedam licebit Luxuria ilaritatis. Auaritia persimonie Neglegentia simplicitatis nomine lenietur: uultu: uoce: habitu: uel fauoris aliquid uel miserationis merebimur. Solet nōnunq̄ mouere lacrimas ipsa confessio. Narrandum igitur erit: aliter probatio periret. Narratio et probatio inter se distant in hoc tm̄. qd̄ narratio est ꝓbationis continua propositio. probatio aūt narrationi congruens confirmatio. Coniecturales cause in quibus de facto queritur. nō tam sepe rei: de qua ad iudicium ē. q̄ eorum per que res colligenda est expositionem habent. Quę cum accusator suspitione narret reus leuare suspitionē debeat. aliter ab hoc atqꝫ ab illo adiudicē perferri oportet. Neqꝫ his accedo qui semp eo putant ordine narrandum: quo qd actum sit: sʒ eo mō: quo expedit: nam aliquando excedisse simulamus: cum qd utiliore loco reducimus: et id fecisse testamur: quo sit causa lucidior. in re exposita causas subiungimus antecedentes. Igitur ut uulnus erit, ita curandum protinus, uel si cum ratione differri potest. interdum deligandum: nec sepius nar-

Narratio } probatio } differ.

rare duxerim nefas quod Cicero pro clu- Cicero
entio fecit. Est quoque aliquando neccessarium.
curandum in causa nequa inter se pugn-
ent: quod fingentibus accidit frequenter
Vnde uerum est: quod uulgo dicitur: men-
dacem memorem esse oportet. Si narratio-
nis pars pro nobis pars contra nos erit. co-
gitandum est miscenda sit an seperanda.
Si plura sunt que nocent: quę prosunt
obruemur. Itaque nunc diuidere optimū
erit: et his que partem adiuuabunt expo-
sitis ac confirmatis aduersa remediis miti-
ganda sunt. Si plura prosunt etiam cōiū-
gere licebit: que obstant: que in medio po-
sita minus uirium habebunt: dummodo
nuda nō ponantur: sed nostra aliqua ar-
gumentatione firmemus. aduersa autem
cur credibilia nō sint ostendamus. nam si
nō sic distingueremus uerendum esset:
ne bona nostra permixtis malis inquinē-
tur. Solet etiā precipi ne in narratione
excursione utamur: ne auertamus a iud-
ice sermonem: ne argumentemur: ne u-
tamur affectibus: que nō sunt mutanda:
nisi ratio cogat: et si cum ratione fiat ex-
cursio breuis ēē debet: ut uideamur ue-
luti a recto itinere repulsi: qualis est cice-
ronis contra nuptias Sasię. O mulieris sce- Cicero.
lus incredibile: et preter hanc unam in
omni uita inauditum. o libidinē effrenā-

tam et indomitam. o audaciam singularem
nõne timuisse si minus uim deorum, hominũ
q3 famam at illam ipsam noctem faces q3 il
las nuptiales nõ limem cubiculi nõ cubile fi
lie nõ parietes denuq3 ipsos superiorum testes
nuptiarum. Sermo uersus a iudice cum aliene
persone uocem damus breuis sit ut cicero p
Cicero cluentio. nam cum sta bullicq3 colloquiũ3
inducit nõne ad celeritatem plurimum fidei
addit. o-ue ne fecisse sine ratione uideatur.
In partitionibus suis precipit ut habeat nar
ratio suauitatem: admirationem: expectationẽ
exitus inopinatos colloquia personarum omnẽs
affectus. Argumentamus in ea nõnunq̃ ut cice
Cicero ro pro ligario cum dicit sic eum prouincie p
fuisse: ut illi pacem esse expediret. Inserimus
expositioni breuem cum res poscet defensioẽ3
Cicero et rationem factorum ut Cicero inquit. Liga
rius cum esset adhuc nulla belli suspicio legat
in africam cum c considio profectus est: et ru
rsus nõ mõ nullum ad bellum sed ad mini-
mam quidem suspitionem belli: et cũ iudi cet
caturus satis. o- Ligarius nullo se implicari
negocio passus est. adiecit domum spectans
ad suos redire cupiens ita quod exponebat et
ratione fecit credibile: et affectus quoq3 imple
uit. Ergo mouendi aliquando sunt affectus in
narratione quo facilius animo iudicis abuti
possimus ira uel miseratione occupato. Cicero
Cicero omnes mouit cum inquit qui cum uirgis ce
deretur

deretur non ingemuit nõ rogauit sed tm̃
se ciuem romanum esse cum inuidia cedē-
tis et fiducia iuris clamauit. Quid phyloda-
mi casum nõne totam expositionē incendit
inuidia ego autem narrationē omĩ qua po-
test gratia excorciandam puto. in paruis tam̃
causis sit ille pressus uelut applicitus rei cul-
tus. in uerbis sũma diligentia que in locis
impetu feruntur. et circumiecte orationis co-
pia latent. hic expressa et ut uelut Zeno
sensu tincta esse debebunt. Compositio dissi-
mulata quidem: sz q̃ iucundissima. figure
nõ ille poetice nec auctoritate ueterum
recepte. nam debet esse sermo purissimus: et
qui uarietate tedium fugiat: et mutatiõi-
bus animum leuet. Nec in eundem casuz
similem compositionem: pares elocutionũ
tractatus incidamus: ubi uõ maior res erit.
et atrocia: inuidiosa et tristia miserabiliter
dicere licebit: nõ ut cõsũmantur affectus:
Sed ut primis lineis designentur: ut plan-
e qualis futura sit imago rei statim appa-
reat. prodest ad reficiendum stomachum
iudicis breuis sententia. ut illa Ciceronis.
fecerunt serui Milonis quod suos quisq;
seruos in re tali facere uoluisset. Interd-
um paulo liberiore: ut nubit genero so-
cerus nullis auspiciis: nullis auctoribus: fu-
nestis etiam omnibus. confert et adiecta
ueris credibilis rerum imago. Qualis illa

M celii in Antonium. namque ipsum offendunt temulento sopore profligatum totis precordiis stertentem ructuosos spiritus geminare. preclaras contubernales ab omnibus spondis transuersas incubare. et que sequuntur. Effugienda est in hac parte calliditatis suspitio: nihil uideatur fictum: nihil sollicitum: omnia potius a causa quam ab oratore profecta uideantur. Est quedam narratio repetita: que ἐπιδιήγησις dicitur. declamatoria potius: quam forensis: inuidie uel miserationis causa inuenta. Hec totus ordo repetitur: sed idem per partes consequuntur. Initium narrationis: quidam a persona faciunt: et si nostra sit ornandam putant: sin aliena infamandam. Sed personas cum profuturum est: cum accidentibus ponimus. Cicero. A. Cluentius habitus huius fuit pater homo non solum municipii larinatis: ex quo erat: sed regionis illius et uicinitatis uirtute, extimatione nobilitate princeps. Interdum sine his: ut ligarius cum esset frequenter a re ut Cicero pro Tullio fundum habet in agro tigurino M Tullius paternum. De fine narrationis cum his contentio est: qui perduci expositionem uolunt eo. unde questio oritur. Cicero his rebus ita gestis. p. Dollobella pretor interdixit. ut est consuetudo de ui hominibus armatis: sine

Cicero

Cicero

Cicero

ulla exceptione tantum ut unde deiecisset
restitueret: deinde restituisse dixit sponsio
facta est hac desponsione, uobis iudicandu3
est. Id a petitore semper fieri potest: a defe-
nsore non potest; De Egressione:

NAtura exigit: ut narrationem sequatur
confirmatio. probanda enim sunt quę
proposuimus. S3 quidam hoc loco egressio-
nem seu excursionē quam παρέκβασιν
gręci uocant posuerunt: quę quidem res
ostentationis potius declamatorię: q̄ foren-
sis usus esse solet. Ego autem hoc expatiādi
genus: nō modo narrationi: sed questionib3
subiungi posse confiteor: cum res postulat:
aut certe permittit: et eo illustrari: atq3
ornari orationem: si excursus ille: uel qi
finis orationis: uel quasi initium probatio-
nis est. erit illi nōnunq̄ locus si expositio
circa finem atrox fuerit, prosequemur
cum indignatione: si res dubitationem
nō habebit. fit etiam nō inutiliter. si in-
gratum aduersarium inueharis aut si ua-
rietatem criminū narraueris. Verū bre-
uis esse debet. festinat enim iudex audi-
to ordine ad probationem. ponitur nō-
nunq̄ post questionem. et perorationis ui-
ce fungitur. S3 hę sunt plures: quę per
totam causam uarios habent excursus:
ut laus hominum. Descriptio regionū. Ex-
positio rerum gestarum seu fabularum.

Cicero

ut cicero contra verrem laudem posuit si
cilie et raptum proserpine et pro C. cor
nelio uirtutem CN. pompeij laudauit. Quo
circa non uideo cur potius locū assignet.
excursioni: q̄ alios cum tot modis a recto
itinere declinet oratio: nam quicquid di
citur preter illas quinq; partes egressio ē.
Indignatio. miseratio. inuidia. conuitiū. ex
cusatio. conciliacio. maledictorū refutatio:
et his similia que nō sunt in questione
et sic omnis amplificatio. minutio. affectus
et omīa quibus iudex reficitur. monetur.
placatur. rogatur. laudatur: quorū alia
preparata afferimus. alia ex occasione
uel necessitate dicimus: cum noui aliqd
accidit: ut interpellatio. interuentus ali
cuius tumultus. Vnde ciceroni in proem
io pro milone digredi fuit necesse ut ip
sa ocone patet. potest longius exire: qui
preparat ante questionem: uel in fine ꝓ
bationis: q̄ qui media rumpit. cito enim
redire debet: unde diuertit. De propositione

Propositionem quidam narrationi subiun
gunt: Mihi uō propositio uidetur om
nis confirmationis initium. et nō solum in
questione principali: sed plerūq; in singu
lis argumentis ponitur. maximeq; in his
que ἐπιχειρήματα uocantur. Sunt autem
propositiones et simplices: et duplices: et m
ultiplices. Nam et plura crimina iūguntur.

et cum Socrates accusatus est: q̄d corrumperet iuuentutem: et nouas superstitiones induceret: et singula ex pluribus colliguntur ut cum legatio male gesta obicitur Aeschini q̄d mentitus sit: quod nihil ex mandatis fecerit: quod moratus sit quod munera acceperit: est nuda propositio ut cędis ago furtum obicio Est ratione subiecta ut maiestatem minuit Cornelius nam codicem tri pl ipse pro contione legit Preterea utimur aut propositione nr̄a: ut adulterium obicio aut aduersarij: ut adulterij mecum agitur: aut communi: ut inter me et aduersarium questio est: uter sit intestato propior. habet interdum uim propositionis, cū exposito rerum ordine subijcimus de his cognoscitis iudices: uel cum finem narrationis: et initium probationis a nobis fieri ostendimus.; De partitione.

Socrates

Aeschines

PArtitio est nostrarum aut aduersarij ꝓpositionum aut utrarūcunq; ordine collata enumeratio. hac fit causa lucidior et intensior iudex ac docilior si sit de quo dicimus: et de quo postea dicturi sumus. Quidam partitionem uetant ultra tres propositiones extendere: quę sine dubio multiplex esse nō debet. Sed hoc numero ueluti lege non alliganda: cum possit causa plura desiderare. Nonnunq̄ ea nō utimur ut subito inuenta: et non premeditata uideatur o-

ratio unde illa nō iniucunda sthemata pene
excidit mihi effugerat me et recte admon
es. interdum iudicem fallimus ut aliud agi
q̄ quod petimus putet. Interdum quę per se
leuia essent turba ualent ideo congerēda
sunt et uelut eruptione pugnandum. Si p
lura uel obicienda, uel diluenda sunt u
tilis est partitio At si unum crimē uarie
defendimus nec desunt qui ciceronis il
lam pro cluentio partitionem improbar
int qua se dicturum promisit primum
neminem maioribus criminibus grau
oribus testibus in iudicium uocatum q̄
opianicum Deinde preiudicia ēē facta a
iudicibus a quibus condemnatus sit poste
emo iudicium pecunia nō temptatum a
cluentio. s; contra cluentiū quia si pro
bari potest qđ est tertium nihil necesse fu
erit dicere priora. pulchra est partitio ꝓ
murena intelligo tres totius accusation
is partes esse. unam in reprehensione uite.
alteram in contemptione dignitatis Terti
am in criminibus Sed ut nō semper ne
cessaria partitio, est ita oportune: ne ad
hibita plurimum orationi lucis et gratię
confert nam et clariora facit que dicū
tur: et animū iudicum reficit, nō aliter
q̄ facientibus iter multum defatigationis
detrahunt notata scriptis lapidibus spa
tia. nā laborantibus scire q̄tum superest

Cicero

itineris uoluptati est. Hortensius ex diligentia partiendi multum laudis consecutus ē. Simplex propositio si utiliter ponitur. aperta ac lucida esse debet. Sit partitio non oscura. sed breuis et nullo superuacuo uerbo ornata. Superest aūt si in speties partim. quod in gnā partiri sit satis: aut gnē posito obijcitur speties. partitio prima est qd sit: de quo conuenit: quid de quo ambigitur. In eo quod conuenit: quid aduersarius fatetur: quid nos. In eo de quo ambigitur: que propositio sit nrā: q̄ aduersarij; Hortensius

Explicit quartus. Incipit Quintus.

De probationibus inartificialibus

Ex quinque partibus quas iudiciali materie dedimus. Quecunque alia potest aliquando necessaria cause nō esse. Nulla tamē lis ē. cui probatione nō sit opus. eius precepta sic diuiduntur ut prius que in commune ad omnes questiones pertinent, ostendamus. deinde que in quoque gnē cause propria sint exequamur. Aristoteles communia diuidit bifariam. Alias ēē probationes dicit: quas extra dicendi rationem accipiat orator Alias quas ex causa quodam modo gigneret. iō illas ἀτέχνους uocant .i. inartificiales: ut sꝫ preiudicia, rumores, tormenta, tabule, iusiurandum testes, que q̄q̄ arte carent. lumine tamen eloquentie ex uiribus indigent. de quibus singulis dicemus., Aristoteles

De preiudiciys.

PReiudiciorum uis tribus in generibus uersatur rebus que aliquando ex partibus causis sunt iudicate que exempla rectius dicuntur eadem fiunt confirmatis iudicys ad ipsam causam pertinentibus. unde etiã nomẽ est ductum. Qualia in opianicum facta dñr et a senatu aduersus milonem aut cum de eadem causa pronuntiatum est: ut in reuz deportatum assertione secunda. Confirmatur precipue duobus. Auctoritate eorum qui pnuntiauerunt et similitudine rerum de quibus queritur si contra aliquãdo fuerit iudicatum querendum est aut de gratia: q̃ testes corruperit aut de inuidia aut de ignorantia horum si nihil fuerit dicemus multas iudiciorum causas adinique pronunciandum ualere Ideo damnatum rutilium absolutos clodium et catilinam Rogandi etiam iudices: ut rem potius q̃ iusiurandum intueantur et similia., De rumore

FAmam atq; rumores pars altera consensum ciuitatis: altera sermonem uocat sine ullo certo auctore: cui malignitas inicium dederit Incrementum credulitas utrinq; exempla late suppetunt., De Tormẽtis

In tormentis pars altera questionẽ uerã fatendi necessitatem uocet. Altera causaz falsa dicendi Quod alys patientia facile mendacium faciat. alys infirmitas necessarium. Si de habenda questione agetur pl

Cicero

urinum intererit quis et que postulet, aut
offerat et in quem ex qua causa si iam erit
habita quis ei prefuerit quis et quomodo
sit tortus an credibilia dixerit an inter se
constantia perseuerauerit in eo quod ceperit
an aliquid dolore mutauerit prima parte
questionis: an procedente cruciatu: que u
trinque tam infinita sunt q ipsa rerum ua
rietas.

De Tabulis

Tabulas reffelli consuetum est et no unq
accusari cum sit aut scelus signatorum
aut ignorantia. Argumenta trahuntur si cr
edibile est quod in illis continetur ut si al
iis probationibus in artificialibus soluitur. ut
si his in quem signatum est aut aliquis sig
nator dicitur abfuisse uel prius esse defu
nctus. si tempora no congruunt Si uel ante
cedentiam uel in sequentia tabulis repug
nent. Inspectio ipsa sepe et falsum deprehedit.

De iure iurando

Iusiurandum litigatores aut offerut suu
aut no respuunt oblatum: aut ab aduer
sario exigunt aut recusant cum ab ipsis e
xigatur. Offerre suum sine illa conditione.
ut aduersarius iuret fere improbum est.
Qui id faciet aut uita se tuebitur ut e
um no sit credibile peieraturum aut re
ligione in qua plus consequetur: si no cu
pide uidetur accipere et si no omnino
recusare. eum qui nullo offerente paratus
sit iurare. Leue ac facile iusiurandu dica

credere at is qui defert modeste agit cum
litis aduersarium iudicem facit Videndū
tamen est et cui detur et quis acceperit.

De testibus.

IN actionibus primum generaliter pro
testibus atque contra testes dici solet hic
est communis locus cum pars altera nul
lam firmiorem probationem ēē contend
it q̄ que sit hominum sententiā nixa. Al
tera ad trahendam illis fidem omīa per
que fieri soleant falsa testimonia enume
rat. Spetialiter aūt aut dicimus contra gē
tem uniuersam aut uersus ād singulos. Vt
Cicero cicero in uatinium testem. In eos dicemus
ostendendo causas inimiciciarum contra
reum, uel eos odio inflamatos uel inuid
ia, uel gratia, uel pecunia corruptos. Si de
ficiet numerabimus paucitatem excusabimus.
Si abundabit conspiratione̅. Si humiles
erunt uilitatem. Si potentes gratiam o
portebit incessere. plus tame̅ proderit ca
usas propter quas reum lędant exponere.
In singulum testem quecunque dicuntur
ex eius persona sumuntur nam si timi
dus terreri: si stultus decipi: si iracun
dus concitari: si ambitiosus inflamari
potest. prudens et constans: uel tanq̄ ini
micus et pertinax dimittendus est: uel
urbano dicto refrigerandus: uel breui
interlocutione refutandus: aut infamia
criminum destinendus. Probos et uerecū

dos non aspere incessere profuit. Nam sepe qui aduersus insectantem pugnassent modestia mitigantur. Sunt qui admiscent diuina testimonia, ex responsis, oraculis, ominibus: ex quibus fides reffelli aut confirmari potest. prodest callida interrogatio. pecuniam dedisti quis numerauerit? ubi? unde? uenenum arguis? ubi emi? a quo? quanti? per quem dedi? quo conscio? Que omia cicero pro cluentio in crimine ueneficij excutit., Cicero

De probatione Artificiali :—

Probationum pars altera, arte constat de qua communia primum quedam dicemus. Nam nulla questio est: que non sit aut in re: aut in persona: nec possunt esse argumentorum loci: nisi in his: que rebus aut personis accidunt. ea aut per se inspici solent: aut ad aliud referri. Nec ulla confirmatio: nisi aut consequentibus aut pugnantibus est: et aut ex preti to tempore: aut ex coniuncto: aut ex sequetibus patitur. Nec ulla res probari potest nisi ex alia: que sit oportet: aut maior: aut par: aut minor. probationu alie st necessarie: alie no repugnates: et adhuc earu duplex est ro: ut ut quia est aliqd: aliud no sit: ut dies est: nox ergo no est: Vel qa e aliud sit aliqd: ut sol est sup tram, dies e: ut qa aliud no est: n aliud sit: ut no e rolis ho igr no e h iuniusii: nuc ptes subijciam,

De Signis

ARtificialis probatio constat aut signis aut argumentis aut exemplis Signorum alia sũt necessaria nam si priora illa sunt aliter se habere non possunt que greci τεκμήρια uocant que uix pertinere ad precepta uidentur Nã id signum uidetur insolubile quod genus p̱ omnia tempora accidit nã coisse eam cum uiro que peperit constat quod est preteriti: et fluctus esse cum magna uis uenti in mare incubuit quod est coniuncti et eũ mori: cui cor est uulneratum quod est futuri Nec ibi potest fieri messis ubi satum non sit et ut quis rome sit cum athenis est Queedam retrorsum idem ualent ut uiuit: q spirat et spirat qui uiuit. Quedam non recurrunt in contrarium nõ enim quia mouetur qui ingreditur etiam ingredit̃ qui mouetur et potest coisse cum uiro q̃ nõ peperit et nõ esse uentus in mari cum esset fluctus: nec cor eius uulneratũ qui perit et satum fuisse ubi nõ sit messis: nec fuisse rome qui fuit athenis. Alia sunt signa nõ necessaria que uocant εἰκότα que sola nõ sufficiunt sꝫ adiũctã ceteris plurimum ualent Signũ uocant σημεῖον nostrorum aly uestigium per quod alia res intelligitur ut per sanguinem cedes At sanguis uel ex hostia uel ex naribus respersisse uestem potest. Non utiqꝫ qui uestem cruentatam habet homicidium fecit: sꝫ ut

per se nō sufficit ita adiunctum ceteris testi
monij loco ducitur ut inimicus erat fuerat
enim minatus in loco inuentus est habuit ue
stem cruentatam hoc signo que suspecta er
ant fiunt clariora. De argumentis.

ARgumenti nomē complectitur omīa q̄
greci ethymemata epicheremata, Apodi
xis uocant apud illos tantū nominis ē di
uersitas. nam empthymema nos cometū
seu comentationem interpretamur quod
omnia mente concepta significat hoc alij
rhetoricum syllogismum. alij imperfectum
uocauerunt quod nō totidem constet ptib;.
Epicherema Valgius aggressionē uocat Alijs
non uidetur dici incohata. sȝ perfecta o
ratio. Quidam appellauerunt rationem. Ci
cero melius Raciocinatiuū quod nomē a
syllogismo potius ductum uidetur nam sta
tum syllogisticum ratiocinatiuum uocat:
Sed quia inter se uicinitatem quandam
habent recte uidetur hoc noīe abusus ἀπο
διξις est euidens probatio cecilius putat
imperfectum esse epycherema: sicut enthy
mema imperfectum diximus syllogismuȝ.
est enim epycherema pars syllogismi. Qui
dam inesse epycheremati Apodixin putant
et esse partem confirmantem, et finiunt
ut sit ratio per ea que certa sunt fidem
dubijs afferens que natura est omniuȝ
argumentorum. plura significat. Naȝ fabu

Valgius
Cicero
cecilius
Argumentū

le ad actum scenarum compositę, argumēta
dicuntur. Et pedianus orationum cicero
Cicero
nis themata, argumenta uocat. Et cicero
ad brutum omnē materiam ad scriben
dum destinatam, appellat argumentum: et
uulgo opus paulo numerosius argumētosū
dicitur. Nunc de eo argumento dicimus
quo quidem facimus ut sit ratio probati
onem prestans: qua colligitur aliud ꝑ ali
ud: ut cum prudentia mundus regatur.
administranda res p. est. primum igitur di
cemus locos .i. sedes argumentorum: in qb;
latent: et ex quibus sunt petenda: nō enī
undiq; ueniunt: At si sciemus ubi quoq; na
scitur: cum ad locum uentum erit, facile
argumentum eruere poterimus. Diuidamꝰ
primo omnia in res, atq; personas: ut causa,
tempus, locus, occasio, instrumentum, modus
et cętera rerum sint accidentia. personis a
utem nō quicqd accidit, est exequendū: sed
unde argumenta sumi possunt. Ea sunt ge
Genus.
nus, nō similes parentibus plerumq; filij
creduntur: et nō unq̄ ad honeste turpiter
Natio.
uiuendum inde fluunt causę. Natio, nam
et gentibus proprij sunt mores: nec idem in
patria.
barbaro, graeco, romano probabile est. patria
quia similiter ciuitatum leges et instituta o
piniones habent. Differentia sexus: ut latro
Differētia sexus.
cinium facilius in uiro. Veneficium in foe
mina credas. Etas, quia aliud alijs annis ma
Aetas.

gis conuenit Educatio et disciplina: qm refert Educatio.
a quibus: et a quo quisque modo sit institutus.
Habitus corporis. Alius enim robur alius libi Habitus corporis.
dinem ac petulantiam ostendit. fortuna. nō fortuna.
enim idem in paupere, ac diuite credend
um est: et propinquis, et amicis clientibus
habundantem: et his omnibus destituto. Condi Condicio.
cio nam clarus an obscurus: magistratus: an
priuatus: pater an filius. ciuis an peregrin9.
maritus an celebs. parens liberorum: an or
bus sit. plurimum distat animi natura: et e
nim auaritia: iracundia: misericordia: cru
delitas: seueritas: aliaque similia fidem fre
quenter afferunt: aut detrahūt: sicut Victus Victus.
luxuriosus, an frugi an sordidus sit, queritur.
Studia quoque nam rusticus, forensis, negocia Studia.
tor, miles, nauigator, medicus, aliud atque a
liud efficiunt. Intuendum etiā quid affectet.
quisque locuplex uideri an desertus. iustus:
an potens. Spectantur acta et dicta: et ex pr
eteritis presentia existimantur. Considerat
ur temporaneus motus animi: ut ira, timor,.
consilia etiam presentis, preteriti, et futuri tē Consilia.
poris. hec fere et similia circa personas. Nunc
ad res transeo: in quibus sunt persone iuncta
que agimus. In rebus que fiunt, queritur, a
ut quare: aut ubi, aut quando: aut quomō:
aut per que facta sunt. Ratio faciendi uer Ratio.
satur circa bonorum ademptionem, incre
mentum, conuersationē, usum, malorum

euitationem aut in minutione. Ducitur argumentum ex loco nam spectatur ad fidem: montanus: an planus: maritimus an mediteraneus: consitus an incultus: frequens an desertus: propinquus an remotus. opportunus consilijs an diuersus. priuatus an publicus. Sacer, an profanus: noster, an alienus. Ducitur ex tempore quod cogitamus preteritum, instans, et futurũ. Tum cogitamus discrimina, estate, hyeme, noctu, interdiu. Tum fortunam ut in pestilentia, in bello, in conuiuio. Modus quẽ tropon dicunt, queritur: ut quẽadmodum quid sit factum: quod ad qualitatem pertinet: ut si negemus adulterum licuisset occidere ueneno: uel ad coniecturam: ut si dicam bona mente factum quia palam: mala quia insidijs nocte in solitudine. Ducuntur argumenta ex diffinitione cuius ratio est duplex: aut enim simpliciter queritur: sit ne hec uirtus: aut antecedente finitione: quid sit uirtus. Id aut in uniuersum complectimur: ut rhetorice est benedicendi scientia: aut per partes: ut rhetorice est inueniendi recte, et disponendi et eloquendi cum firma memoria: et dignitate actionis scientia. Preterea finimus ετυμολογία ut assiduum ab asse .i. ere dando et locupletem a locorum pecuniosum a pecorum copia. finitioni subiecta sunt. Genus. Spetiés. Differentia. proprium. Genus ad probandum spetiem minimum ualet ad refellendam plurimũ ut

finitio.

nō quia est arbor platanus est et qm̄ nō est arb
or platanus nō est. A genere perueniendum ē.
ad ultimam spetiem ut homo est aĩal nō est sa
tis genus mortale etiam spetiés cum alys comu-
nis Rationale plena diffinitio. Spetiés ē contra
firmam habet generis probationem infirmam
refutationem Nam qđ iustitia est utiq; est uir-
tus. nō qđ uirtus, ideo iustitia Huq̄ tollitur a sp
etie genus: nisi omnes spetiés ei subiecte remo
ueantur aut quod nec immortale, nec mortale
est aĩal non est. his adiciunt propria et diffe-
rentia a propriis confirmatur finitio a differē
tibus soluitur proprium est aut quod soli ac
cidit ut homini sermo risus aut quod utiq; ac
cidit sꝫ nō soli ut igni calefacere. et sunt eiusdē
rei plura propria. ut ipsius igni lucere, calere.
Q uodcunq; igitur proprium deerit soluet fi
nitionē nō qđcunq; erit confirmabit. differens
erit quod non est proprium: ut aliud est seruū
esse aliud seruire. ut differt additus a seruo.
Nam manumissus seruus fit libertinus. additus
aūt ingenuus Illud quoq; differens uocant cū
gn̄e in spetiem deducto spetiés ipsa discernitur
Animal genus mortale Spetiés terrenum, uel
bipes differens Diuisione adiuuari finitionem
docet cicero eamq; differe a partitione qđ hᷓ
sit totius in partes illa gn̄is in formas partes
incertas esse ut quibus censet res. p formas
certas ut quot sint spetiés rerum p quas tres
accepimus que populi: que paucorum: que

Additus / Seruus) differ.

Diuisio / partitio) diff.

Cicero

partes / forme) diff.

Cicero

Cicero.

unius potestate regerentur est argumentorũ locus ex similibus si continentia uirtus utiq; et abstinentia. hoc est ex eo genere quod greci ἐπαγωγὴ uocant Cicero inductionẽ ex dissimilibus, nõ si letitia bonũ et uoluptas ex contrariis frugalitas bonum Luxuria enim malum ex repugnantibus qui est sapiens stultus nõ est. ex consequentibus, siue adiunctis, si bonum iustitia recte iudicandũ est: si malum perfidia, nõ est fallendum quem quis amat, sciens nõ ledit. Cicero pro Oppio: quos educere inuitos in prouinciam nõ potuit: eos inuitos retinere q potuit. ex rebus in unam confirmationẽ uenientibus. Si porcorum rhodiis locare honestum est. et hermocreonti cõducere et quod discere honestum est. et docere est inuicem consequens quod ex diuersis idem ostendit ut qui mundum nasci dicit per hoc et deficere significat quia deficit omne quod nascitur. Colligitur argumentatio ex his que faciunt ea que efficiuntur aut contra quod genus a causis uocant nam corpus in lumine utiq; umbram facit et ubicũq; umbra est: ibi corpus esse ostendit. ex coniugatis ut q rem iustam facit, iuste facere uidetur. et quod compascuum est licet compascere. Ex appositis uel comparatis aut ex maiore ut si quis sacrilegium facit facit et

furtum aut ex minore ut qui facile a palã
mentitur etiam peierat; aut ex pari ut q
ob rem iudicandam pecuniam accepit ob
dicendum falsum teshmoniũ etiam accipi
et Iuris confirmatio est eiusmodi Ex maio-
re si adulterum occidere licet et loris ce-
dere. Ex minore si furem nocturnũ occi-
dere licet; quid latronem? Ex pari quę pe
na aduersus interfectorem patris iusta est,
eadem aduersus matris. Ex maiore Cicero Cicero
pro cecinna qui exercitus armatos mouet
is aduocationem nõ uidebitur mouisse. Ex
faciliore in clodium At uide an facile fie-
ri potuerit cum factum non sit. Ex diffici
liore Vide queso tubero ut qui de meo facto
non dubitem deligarij audeam confiteri.
Ex minore pro cinna ita nescire esse ar- Ciciro
matos sat est ut uim factam probes: in ma
nus eorum incidere non est satis. Ergo ut
breuiter contrahã, ducuntur argumẽta
a personis, causis, locis, tempore, facultatib;
finitione, genere, spetie, differentibus, prop
rijs remotione diuisione, initio, incremẽ-
tis, sũma, similibus, pugnantibus, consequẽ-
tibus, efficientibus, effectis, euentis, iugatis, cõ-
paratione ducuntur etiam ex circũstantia;
quam greci περίστασιν uocant nõ debui tibi
pecuniam: nunq̃ me appellasti. Vsuram non
accepisti ultro a me mutuatus es. hec tam
multa nõ in singulis quibusq; causis cõueni-

unt: Sed temptemus unūquodque et quod aptū ac conueniens experiendo noscamus. Quod ingenij acumine et multa exercitatione cō sequemur hinc copia argumentorū. quę se ultro offeret atque occurret et ut lr̄e. syllabę que scribentium cognitionē nō exigunt: sic ratione sponte quadam sequentur., De exemplis

Exemplum quod graeci παράδειγμα uocant est rei gestę ad suadendum cōmemoratio: quod aut simile est. aut dissimile, aut contrarium: ex quo aut partem, aut totum: aut quę utilia sunt sumimus. Simile ut iure est occisus saturninus sicut grachi. Dissimile brutus occidit liberos proditionem molientes Mallius uirtutem filij morte multauit. Contrarium Marcellus ornamenta syracusanis hostibus restituit. Verres eadem socijs abstulit. Vtilis similium admonitio ad ea que futura sunt: ut si quis dicat Dyonisium idcirco petere custodes salutis suę: ut eorum adiutus armis tyrannidem occupet et referat exēpluz. eadem rōne pisistratum ad dominationem peruenisse: sed ut exempla aliquādo tota similia sunt: ut hoc proximum: sic interdū ex maioribus ad minora: uel ex minoribus ad maiora ducuntur. Si propter matrimonia uiolata, urbes euerse sunt. quid fieri adultero par est. Fibicines cum ab urbe discessissent, publice reuocati sunt: quāto magis principes ciuitatis bene de re. p. meriti cū

inuidię.

inuidię cesserint ab exilio sunt reuocandi Ad
exornationē precipue ualent imparia, admi
rabilior in foemina q̄ in uiro uirtus: unde
ad fortiter agendum nō tam oratius et tor
quatus q̄ illa mulier cuius manu pyrrhus ē
interfectus. et ad moriendū nō tam Cato et
Scipio q̄ Lucretia Ex similibus autem Cice Cicero
ro pro murena et enim mihi accidit ut c
um duobus patricijs, altero improbissimo a
ltero modestissimo atq3 optimo uiro peterē.
superaui dignitate catilinam grā Galbam.,
Ex maioribus ad minora pro milone neg
ant intueri lucem fas esse ei qui a se homi
nem occisum fateatur in ea ciuitate in
qua liberatus est oratius qui sua manu so
rorem esse interfectam fassus est. Ex mino
ribus ad maiora occidi nō spurium meliū
qui annona leuanda iacturisq3 rei familiaris
quia nimis amplecti plebem uidebatur in
suspitionem regni affectati incidit et cete
ra Deinde sed auderet dicere cum patri
am periculo liberasset cuius nefandum ad
ulterium in puluinaribus et totus in clo
dium locus Dissimile fit gnē modo tempo
re loco et ceteris per quę fere omnia Ci Cicero
cero preiudicia quę de cluentio uidebantur
facta subuertit. Exemplum contrarij breue Virgilius
est apud Virgilium: At nō ille satum quo
te mentiris Achilles. Talis in hoste fuit pr
iamo Quędam ex his quę gesta sunt tota

Cicero

narrabimus Cicero pro milone pudiciciã cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Mary propinquus eius imperatoris interfectus ab eo est cui uim affereb at. facere enim probus adolescens periculose q̃ perpeti turpiter maluit. At qui hunc ille sūmus uir scelere solutum periculo liberauit. Quedam significare satis erit: ut idem pro eodem: neq; enim posset halla ille seruilius aut. p. nassica aut. L. opimius, aut me consule senatus nõ nefarius haberi: si sceleratos interfici nefas esset. Eadem rõ est in poeticis fabulis: qualis usus cuius esse debet. idem auctor et magister eloquentie in eadem oratione docet. itaq; hoc iudices nõ sine causa et fictis fabulis doctissimi homines memorię prodiderunt: eum qui patris ulciscendi causa, matrem necauisset uariatis hominum sententijs: nõ solum diuina: s; etiam sapientissimę deę sententia liberatum. fabulę etiam illę: quę Esopi nõie celebrantur q̃q̃ primum auctorem hñt. hesiodum aures precipue imperitorum mulcent. Siquidem menius Agrippa plebem cum patribus in gratiam traditur reduxisse. nota illa de membris humanis aduersus uentrem discordantibus fabella. Graecorum quidam hoc genus μυθω ποιητουαλη παροιμιαν uocant. nostri a

Cicero.

Esopus.

pologiam. Quod genus fabulę breue est: et
per allegoriam accipitur. Exempli uires ha-
bet similitudo: quę fit ex translatione reruz
pene parium. Nam parabolę per quā cice- Cicero
ro collationem uocat longius res repetere
solet: ut si animum dicas excolendum si-
militudine terrę utaris: quę negleta sentes
et dumos: culta autem fructus creat: aut
si ad curam rei p. horteris, ostendes apes et
formicas, nō modo muta: sʒ parua anima-
lia in commune laborare. Cicero pro clu Cicero
entio. et corpora nostra sine mente: ita ci-
uitas sine lege suis partibus ut neruis, sa-
nguine, et membris uti non potest: ita ut
in hoc genere maxime queritur, an sim-
ile sit quod infertur. Sic in interrogationi-
bus: quibus uel maxime Socrates utitur. ca- Socrates
uendum ne incaute respondeas: ut apud
eschinem socraticum male respondit As-
pasia xenephontis uxor. quod cicero his Cicero
uerbis transfert. Dic mihi queso si uicina
tua melius habeat aurum: q̄ tu habeas:
utrum ne illius an tuum malis? illius in-
quit. Quid si uestem: et ceterum ornam-
entum precij maioris: q̄ tu habes, tuum ne
an illius malis? Respondit illius uō. Agesis:
si uirum illa meliorem habeat: q̄ tu ha-
beas: utrum ne uirum tuum malis, an
illius? hic mulier erubuit: merito enim
male responderat se malle alienū auruz

q̄ suum. nam si respondisset malle se aurum suum tale esse quale illius, potuisset pudice respondere, malle se uirum suum talem ee̅ qualis melior esset. Trahimus etiam similitudinem ex iure in lege simili. Trahimus ex sapientibus uiris, claris ciuibus, illustribus poetis. Ex sententijs uulgo receptis ut est apud ciceronem. pares autem cum paribus: ut ē in ueteri prouerbio. facillime congregātur. ponitur a quibusdam auctoritas deorum: ut cicero in catilinam: cum signum iouis columne impositum populo ostendit. et pro ligario, cum c. cesaris meliorem causam qd dij iudicarunt, confitetur. que cum propria cause sunt diuina testimonia uocantur: cum aliunde accersuntur argumenta.

Cicero.

cicero.

De usu argumētorū.

ARgumentum debere esse traditum est cōfessum, dubijs enim probari dubia non possunt. firmissimis argumentorum singulis instandum est. infirmiora congreganda sunt. qa illa per se fortia non oportet circumstantibus obscurare: ut qualia sunt appareant. hec imbecilla mutuo auxilio sustinentur. nā si non possunt ualere quia magna nō sunt, ualebūt quia multa. Iudex nō omnibus que inuenimus, argumentis onerandus est: quia et tedium afferunt et fidem detrahunt. neq enim potest iudex credere satis esse ea potentia: que nō putamus ipsi sufficere: qui diximus. in rebus uō apertis argumentari

tam sit stultum q̄ inclarissimum solem mortale
lumen inferre. Argumenta ordinanda sunt ꝓ
ut ratio cuiusque cause postulabit uno excepto
ne a potentissimis ad leuissima decrescat oro.,

De Refutatione

Refutatio dupliciter accipitur nam et p̄s
defensoris tota in refutatione posita est.
et illa cui in causis quartus locus assignatur.
refutatio dicitur cum que dicta sunt ex di
uerso dissoluuntur hec pars difficilis habetur.
nam defendere ut cicero ait longe magis
arduum est q̄ accusare. nam accusatori pl
erumque satis est uerum esse quod insimul
at. Defensor aūt neget defendat, transfe
rat excuset deprecetur molliat, minuat,
auertat despiciat, derideat opus est. Tum p
leraque domo premeditata affert. Defensor
autem inopinatis frequenter occurrit.
Accusator dat testem patronus re ipsa re
fellit: et denique tanto est accusare q̄ defe
ndere facilius quanto facere uulnera q̄
sanare. Videndum in defensione id est
cui responsuri sumus an proprium sit
an ultra accersitum. si proprium, aut
negandum, aut defendendum, aut trās
ferendum. extra hec in iudiciis fere
nihil est. Deprecatio quidem sine ulla
spetie defensionis est. in qua nō est nobis
causa cum aduersario: sꝫ cum iudice.
qui eius rei arbitrium habet: cum sua

Cicero

debimus: ut laudem humanitatis potius q̄ uoluptatem ultionis concupiscat. Que neq; negari, neq; transferri possunt. utiq; defendenda sunt: aut causa cedendum. Que autē nec defendi, nec transferri possunt, neganda sunt. Nihil enim peius ē q̄ confessio: que ultima esse debet: cum defendendi, negandi ue nō sit locus. Id quod contra nos dictum fuerit uidendum est quomodo refutetur. Si palam falsum fuerit: satis erit negare: ut cicero pro cluētio. eum quem dixerat accusator ēpoto poculo concidisse. negat eodem die mortuū. palam etiam contraria. et superuacua. et stulta. nullius artis est reprehendere. et similiter si ad causam non pertinent. Sepe tamen orator efficit. ut quod contrarium esse, aut a causa diuersum, aut incredibile, aut superuacuum. id nostre cause coniunctum esse uideatur. Obiicitur oppio quod de militum cybariis detraxerat. At cicero contrarium ostendit: quia iidem accusatores obiecerant ei: quod dissoluerat exercitum largiendo. Corrumpere testes in cornelium accusator pollicetur. facit hoc cicero superuacuum: qa ipse fateatur. Aliquando que dicendo refutare nō possumus: quasi fastidiendo calcamus. Facile est etiam eludere similitudines: que ducuntur ex mutis aīalibus:

Cicero.

Cicero.

Cicero

aut exanimis. Exempla uarie tractanda sunt si nocebunt. nam si uetera erunt fabulosa dicemus. Sin dubia maxime quidem dissimillima. Sunt etiam obiecta mitiganda: ut pro luxurioso liberalem, pro maledico liberum dicimus. preterea in contradictionibus interdum totum crimen exponitur ut cicero pro Scauro contra bostarem. nam ueluti orationem diuerse partis imitatur. Interdum pluribus propositionibus iunctis utimur: ut cicero pro Vareno. Nonnumquam eleuande inuidie gratia: que asperius dicta sunt. eluduntur: ut a Cicerone Triarius cum stauri columnas per per urbem plaustris uectas esse dixit. Ego porro inquit qui albanas habeo columnas clitelis eas apportaui. Defensionis permutatio reprehenditur ut Accius aduersus cluentium: qui ciceronem primo lege usurum. deinde minime de lege dicturum asserit. hic tamen ordo seruandus est. nam si agimus nostra confirmanda sunt primum. tum que nostris opponuntur refutanda. Sin respondemus prius a refutatione incipiendum est.

Cicero. Cicero. Cicero. Accius.

Quibus constet epicherema et quibus refellatur.

Enthymema et argumentum ipsum rem que probationi alterius adhibetur, appellant. Argumentandi elocutionem duplicem faciunt ex propositione et ei pertinus coniuncta probatione. cicero pro ligario

Cicero

quod erat aliquid in utraqꝫ parte quod probari
non posset. nunc melior causa iudicanda est: quã
dij adiuuarunt. habet enim propositionẽ et rõ
nem, non autem conclusionem ita est infert?
syllogismus. Expugnantibus cum sit enthyme
ma multo fortior probatio est. Cicero pro milo
Cicero. ne. cuius igitur mortis sedetis ultores: cuius ui
tam si putetis per uos restitui posse nolitis quod
quidem etiam aliquando multiplicari solet: ut
fit ab eodem reo: quem igitur cum aliqua gr
atia noluit hunc uoluit cum aliquorũ querela.
quem iure quem loco quem tempore nõ est au
sus. hunc iniuria iniquo loco alieno tempore
cum periculo capitis nõ dubitauit occidere. Op
timum autem genus enthymematis est cum pro
posito dissimili uel contrario ratio subiungitur.
Demosthenes. Demosthenes nõ enim si quid unq̃ contra leges
factum est. idqꝫ tu es imitatus: idcirco te nõ cõ
uenit pena liberari: sed e contrario damnari mul
to magis. nam ut si quis eorum damnatus esset
tu hęc nõ scripsisses ita damnatus tu si fueris
nõ scribet alius. Epycherematos cicero quinqꝫ
Cicero. facit partes: ut sit propositio. deinde ratio eius
tum assumptio et eius probatio. Quinta com
plexio. Mihi et compluribus auctoribus tres tã
tum partes uidetur habere: ita enim eius rõ
est: ut sit de quo queratur: et per quod pꝛobetur.
Tertium sit ex consensu duorum antecedenti
um. ita erit prima intentio. secunda assũptio:
tertia connexio. Ut anima immortalis est. nam

·VI·

quicqd ex se ipso mouetur immortale est Aia
autem ex se ipsa mouetur igitur anima immo
rtalis est Epicherema a silogismis nihilo differt
nisi quod illa plures habent species et uera ue
ris colligunt Epicherematis frequentior circa
credibilia est usus, Explicit quintus. vi
Incipit Sextus liber. De peroratione.

PEroratonem alij cumulum alij conclusi
onenem uocant. Cuius duplex est ratio po
sita aut in rebus aut in affectibus rerum. Repe
titio et congregatio que grece ἀγαχαιφαλέ-
οσισ dicitur et a quibusdam latinorum
renumeratio. hec memoriam iudicis reficit et
rursus causam ponit ante oculos et que singu
la minus mouissent turba ualent In hac que
repetimus q̃ breuissime dicenda sunt et per ca
pita decurrenda: et cum pondere dicenda actis
sententijs excitanda: et figuris utiq3 uarianda.
Alioquin nihil odiosius p repetitione illa recta
et ueluti memorie iudicum diffidentis optie
in uerrem. cicero enumeratione usus est. op Cicero.
timum fuerit ex aduersario ducere argumen
tum: a quo nonunq̃ postulandum erit ut ad q̇
dam respondeat. Vtimur hac connumeratiõe
utiliter in alijs partibus actionis: si multipl
ex causa sit et pluribus argumentis defensa.
Nam in breuibus et simplicibus causis nusq̃
est necessaria Affectibus in peroratione opus
est quando. nec amplius dicturi sumus. Conci
liandus est nobis iudex. auertendus ab aduer

sario et omnes nostre cause uites ponende sunt ante oculos. Vtetur accusator aliquado etiam miseratione cum casum quē ulcisci tur aut liberorum aut parentum solitud inem conqueritur: et cum ostendit qui exitus maneat eos qui de ui et iniuria q̄sti sunt nisi uindicentur fugiendum de ciuitate, cedendum bonis aut perferenda ab inimicis. S3 sepius eius officium erit auertere iudicem a miseratione qua reus sit usurus, fortiter incitare ad iudicandū. Vtile erit occupare que dicturum putes aduersarium. nam iudices cautiores reddit et nō uidentur noua que a reo petūtur: sed ab accusatore sunt predicta ut ab Aeschine qualis sit Demosthenes actione p̄dictum est. Docendi aliquando iudices sūt quid rogantibus respondere debeant: quod est unum repetitionis genus. Periclitantez comendat dignitas studia fortia suscepte bello cicatrices nobilitas et maiorum memoria ut Cicero pro Scauro facit. Adiuuat eius bonitas humanitas misericordia. iuste enim petere quisq̄ uidetur que alijs ipse prestiterit. Referenda pars hec ad utilitatem rei p. ad iudicum gloriā, ad exemplum ad memoriam posteritatis. plurimū ualet miseratio que iudicem flecti nō tantum cogit sed motū animi sui etiam lacrimis confiteri. hec

Aeschines

Cicero.

petitur aut ex his que passus est reus aut que patitur aut que passurus sit post iudicium affert in his momentum etas sexus, liberi, parentes, propinqui, nonnumquam ipse patronus has partes subijt. Cicero pro milone. o me miserum o te infelicem reuocare me in patriam milo potuisti preces ei qui accusatur non conuenit. Conueniunt his locis prosopopeie .i. ficte aliarum personarum orationes. Numquam debet esse longa miseratio nec sine causa dicitur nihil facilius quam lacrimas inarescere nam si in ea moramur fatigatur iudex lacrimis et ab impetu ad rationem redit nec sperandum est ut aliena quisquam quam diu ploret. De Affectibus

Cicero

Lacrimas mouemus producendo eos qui periclitantur squalidos, deformes et eorum liberos, et parentes. Utile accusatoribus nonnumquam ostendere gladium cruentum, uestem sanguine perfusam et similia. Populum romanum in furorem egit pretexta .C. cesaris prolata in forum, cruenta que effecit ut non occisus ante cesar uideretur sed tum maxime occidi. Prodest obsecratio per carissima pignora per coniugem per parentes et deorum inuocatio ex bona conscientia proficisci uidetur. Stratum denique iacere et genua complecti, nisi persone dignitas et ante acta uita obstiterit plurimum prodest. In paruis tamen causis

.C. Cesar.

has tragedias mouere tale est: quale si perso
nam herculis et coturnos aptare infantibus
uelis. Nemo tamen agrediatur ad mouēdas
lacrimas, nisi summis ingenii uiribus nam
ut hic uehementissimus affectus est cū in
ualluit, ita si nihil efficit, tepet. quē melius
infirmus actor tacitis iudicum cogitationib;
reliquisset. Videat igitur quantum onus su
biturus sit. nihil enim habet ista res mediū,
nam si lacrimas nō mouet risus omnium
confestim sequitur. Discuramus in epilogo nō
unq̄ oratione continua que motos lacrimis
iudices ad iustitiam reducat nōnūq̄ quibus-
dam dictis urbanis: quale est date puero panē
ne ploret. Cicero pro Vareno multa dixit
urbane in epilogo amplificatione et uerbis
atq; sententiis magnificis et ornatis uti licet.
Vbi coniunctam ex pluribus causam agim̄
necesse erit quasi pluribus epilogis uti: ut
Cicero. cicero in uerrem nam et philodamo et na
uarcis et crucis romanis ciuibus et aliis
plurimis suas lacrimas dedit. Sunt qui hoc
μερικοὺς ἐπιλόγους uocant quo partitā
perorationem significant, mihi aūt nō tā
partes eius q̄ spetiēs esse uidentur. epilog⁹
enim et peroratio satis aperte ostendunt cō
sumationem esse orationis Maxima laus
est iudicem afficere: et in quem uelis ha
bitum animi perducere. hoc est quod do
minetur in iudiciis: et per totam causam

locus est affectibus in quibus eloquentia regn-
at nam cum irasci fauere odisse misereri ce-
perint iudices agi iam rem suam existimāt.
et sicut amantes de forma iudicare nō possūt
quia sensum oculorum premit amor: ita o-
mnem ueritatis inquirendę rationē iudex
amittit occupatus affectibus: estu fertur. et
ueluti rapido flumini obsequitur. horū du-
ę sunt species. Altera πάθος que a nostris
affectus dicitur Altera autem ἦθος a mo-
ribus appellatur: quę q̄uis sint ex eadem na-
tura illud tamē maius est. hoc minus: ut
amor πάθος sit. caritas autem ἦθος Inter
dum diuersa in se sunt sicut in epilogis.
nanque πάθος concitat ἦθος solet mitig-
are: et secundam hanc partem sequimur
cum naturam, ac condicionem alicuius fi
ngimus: ut rusticum, superstitiosum, auarū
timidum. In his affectibus hoc seruandum
est. Genus orationis placidum mite esse de-
bet nihil superbum nihil elatum ac subli
me desiderat genus hoc quod ἦθος dici
tur sed proprie iucunde credibiliterque di
cere satis est. Ideoque melius ille orationis
modus huic parti conuenit. nam come-
dię similis est. Diuersum huic est πάθος
nam similis est tragedię. hec pars circa i
ram, odium, metum, inuidiam, miserati-
onem fere tota uersatur. metum duplici-
ter intelligo: quem patimur: et quē faci-

Virgilius.

mus et inuidiam, nanque altera inuidum, altera inuidiosum facit hoc aut hominis, illud rei est: in quo plus habet operis ratio. nam quedam uidentur grauia per se ut parricidium, cedes, beneficium. Quedam efficienda sunt. Id autem contingit cum magnis alioqn grauius esse id quod passi sumus ostenditur. ut est apud Virgilium. o felix una ante alias priameia Virgo, hostilem ad tumulum troie sub moenibus altis: Iussa mori. Quanto miser enim casus Andromache si comparata est felix polixena. aut cum ita aggeramus iniuriam nostram ut etiam que multo minora sunt intolleranda dicamus, ut si pulsasse defendi non poteras uulnerasti. Summa circa mouendos affectus in hoc posita est ut moueamur ipsi et tali animo proficiscantur oratio quali iudicem afficere uolumus. nunquam enim sicci oculi agentis aliis lacrimas dabunt nec incendit nisi ignis nec madescit nisi humor nec res ulla colorem dat quem non habet. Appareant igitur nobis φαντασίαι quas greci uocant, nos uisiones per quas imagines rerum absentium ita representantur animo ut eas cernere oculis, ac presentes habere uideamur has quicunque bene ceperit erit in affectibus potentissimus he imagines nobis aderunt. ita ut peregrinari, nauigare et cetera

similia nobis agere uideamur. nō cogitare.
hinc sequetur ενάργεια que a cicerone illu-
stratio et euidentia dicitur: que nō tam di-
cere uidetur q̄ ostendere. et affectus non
aliter q̄ si rebus ipsis intersimus sequentur.
ex his affectibus sunt. excussi manibus ra-
dii reuolutaque pensa et reliqua in funere
pallantis. Ubi misericordia opus erit nobis
ea de quibus querimur, accidisse credam⁹.
nos illi sumus: quos grauia et indigna tri-
stia passos queramur nec unq̄ agamus q̄i
rem alienam: s3 nostram. Mihi nunq̄ dis-
simulandum fuit. frequenter enim motus
sum, ut me non lacrime solum dephende-
rint: s3 pallor et uerissimilis dolor. De risu.
Risum iudici mouere maxime est uti-
litatis. soluit enim tristes affectus: et a-
nimum ab intentione rerum frequenter
auertit: eumque reficit et a satietate, ac fa-
tigatione renouat. cuius quanta sit diffic-
ultas: uel ex hoc cerni potest: q̄d demosth-
eni plerique eius facultatem defuisse cre-
dant ciceroni autem modum: q̄d nimiū
affectator risus fuerit. Cuius tanta est ui-
rtus ut sepe solo risu homines periculos-
um iudicium euaserint: ut iuuenes illi
tharentini: qui multa de rege pyrrho se-
curius inter cenam locuti cum ratione facti
reposcerentur et neque negari res neque defe-
ndi posset, risu et opportuno ioco elapsi sunt.

Cicero.

Virgilius.

Demosthenes.

cicero.

Vrbanitas.
Rusticitas.
Venustum.
Salsum.
Catullus.
facetum
Oratius.
Cicero

namque unus ex his imo inquit nisi lagena
defecisset occidissemus te. ea que urbanitate
tota inuidia criminis dissoluta est eius rei
plura sunt nomina quorum singula uim
propriam ostendunt. Vrbanitas enim dici
tur qua quidem significari uideo sermonem
perferentem in uerbis arte et usu propium
quendam gustum urbis et sumptam ex conuer
sione doctorum tacitam eruditionem cui con
traria sit rusticitas. Venustum est quod cum
uenere quadam dicitur. Salsum pro ridi
culo ponimus: quod ridicula salsa esse oporteat.
catullus nulla est in corpore mica salis. i.
nihil est in corpore eius ridiculum. Salsum
igitur erit quod non sit insulsum: ueluti
simplex orationis condimentum quod sen
titur latente iudicio uelut palato. excitat
que et a tedio defendit orationem. et sane
ut in cibis sal, paulo liberalius aspersus si
tamen non sit immodicus affert aliquid
proprie uoluptatis ita in dicendo habet qui
dam: quod nobis sitim audiendi faciat.
facetum. non tantum circa ridicula est.
neque enim diceret oratius, facetum catoni
genus natura concessum esse virgilio deco
ris. hanc magis exculte cuiusdam elegan
tie appellationem puto. cicero in epistolis
hec bruti refert uerba. Ne illi sunt pedes
faceti ac delitiis ingredienti molles: quod
conuenit cum oratiano illo molle atque fa

cetum uirgilio iocum nō accipimus quod contrarium est serio nam fingere, terrere promittere iocus est. Dicacitas a dicendo fit et proprie significat sermonē cum risu aliquos incessentem. Ideo demosthenē urbanum fuisse dicunt, dicacem negant. proprium aūt nomen ridiculum est. ideoq; hec tota disputatio a grecis inscribitur περὶ γελοίου Risus aut in rebus aut in uerbis positus est. eum aut ex aliis petimus aut ex nobis aut ex rebus mediis. Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut eleuamus aut repercutimus aut eludimus. Hostra ridicula indicamus et ut uerbo ciceronis utar, dicimus aliqua subabsurda. nanq; eadē que si imprudentibus excidant stulta sunt. si simulamus, uenusta creduntur. Tertiū genus est ut idem dicit in decipiendis expectationibus que media appello. Ridicula aut factis conciliantur, aut dictis. factis admixta grauitate ut. M cecilius pretor cum sellā eius curulem consul saurius fregisset. Alteram posuit loris intentam. dicebatur aūt consul a patre flagris aliquando cesus. Dictis porro nam quod dicimus aut lasciuū est. aut hilare aut contumeliosum, aut asperum aut lene. Vitandum in primis ne petulans, ne superbum, ne loco, ne tempore alienum ne preparatum ne domo ablatum uideatur quod dicimus. Cicero

Iocus.
Serium.
Dicacitas.
Demosthenes
Ridiculum
Cicero.
M. cecilius
Cicero.

consistere facetias putat in narrando Dicacitatem uõ in faciendo In illo longiore genere ponit exemplum de crasso contra brutum in secundo libro de oratore Sȝ acutior illa uero uelocior in urbanitate breuitas: que fit nõnuq̃ per amphilologiam: ut cicero cum candidatus qui quoqui filius habebatur corã sufragio ab eo peteret. ego inquit quoque tibi faueto.

Cicero.

Illud ex eodem gñe preclarum, cũ obijceret miloni accusator in argumentum factarum clodio insidiarum quod bouillas ante horam nonam diuertisset et expecteret dum clodius a uilla sua exiret. et identidem interrogaret quo tempore clodius occisus esset: respondit sero. Significantur nõnunq̃ diuersa: ut Nero de seruo pessimo dixit nulli apud se plus fidei haberi. nihil ei inclusum aut signatum esse Mutantur nonnunq̃ littere ut pro furace quodam tullio, tollio dix, cicero Mutantur uerba ut Apher in mallium Suram multum in agendo discursantem et manus ad togam iactantem nõ agere eum dixit sed satagere. Fiunt ex contrario. ut Augustus prefecto quem ignominia dimitebat: et roganti: quid illi respondeto patri meo, inquit dic me tibi displicuisse Redarguimus aliquando aperte ut cicero Vibiuum Curtium mul-

Nero.

Cicero.
Cornelius Apher.

Augustus.

Cicero.

tum de annis suis mentientem. Tum ego
cum una clamabamus nō eras natus. In-
terdum simulata assensione: ut cicero fa | Cicero
bie dolobelle dicenti se triginta annos
habere. uerum est inquit. nam hoc illaz
uiginti annos audio uelle. Interdum p
eo quod neges subijcitur aliud mordaci?
ut bassus querente domitia quod calce | Bassus
os eam ueteres diceret uendere solere.
non me hercule inquit hoc unq̄ dixi te
emere solere. Interdum defensionem i-
mitamur: ut eques romanus obijcienti
augusto q̄ patrimonium commedisset: me- | Augustus
um inquit putaui. Eleuandi ratio est duplex
ut aut ueniam quis, aut iactantiam mi-
nuat ut cesar pomponio ostendenti uul- | Cesar
nus in ore: quod pro eo excepisse gloria-
batur, nunq̄ fugiens, respexeris inquit.
Aut crimen obiectum: ut cicero obiurgā | Cicero
tibus quod sexagenarius popiliam uirginē
duxisset. Cras mulier inquit erit. Sed ele-
uandi genus etiam est causarum relatio
qua cicero in Vatinium usus est. qui pe- | Cicero.
dibus eger cum uellet uideri cōmodi-
oris ualitudinis factus et diceret se iā
bina milia passuum ambulare. dies hi in-
quit longiores sunt. Repercutimus nōnūq̄
similitudine aliqua uerbi: Nonnūq̄ men-
datium mendacio: ut galba dicente quo- | Galba.
dam asse uno in sicilia quinque pedes lon-

Cicero.
Apher
Cassius.
Cicero.
Domicius marsus
Vrbanitas.

gam emisse murenam: nec mirum inquit. nam ibi tam longe nascuntur ut his piscatores pro restibus cingantur. est etiã genus decipiendi opinione vel aliter dicta intelligendi: ut cicero quid huic deest: nisi res et virtus. aut illud Aphri homo in agendis causis optime vestitus. Avertitur nonnũq̃ intellectus cũ ab asperioribus ad leviora transimus. ut Cassius interrogatus quid sentiret de eo qui in adulterium deprehensus esset, tardum fuisse respondit. Ex historia aliquando urbane dicimus ut Cicero cum ei testem in iudicio verris roganti dixisset hortensius nõ intelligo hec enigmata, atqui debes inquit cum Sphyngen aeneam magnę pecunię. sed infinitę sunt species tam salse dicẽdi q̃ severe quas prestat persona, locus, tempus, casus denique qui est maxime varius de quibus dicere infinitum esset. Domitius marsus qui de urbanitate diligẽtissime scripsit quedam severe et elegãter dicta ponit. quę urbana sunt: sed risum non habent. Nam is urbanitatem sic finit. Vrbanitas est virtus quędam ĩ breve dictum coacta, et acta ad delectandos movendosque animos in omnem affectum, maxime idonea ad resistẽdũ vel lacessendum. postea finit ut ait catonis opinionem secutus. Vrbanus homo erit cuius multa benedicta responsaque

erunt.

erunt et qui in sermonibus circulis conui
uijs contionibus omni deniq; loco ridicu
le commodeq; dicet. Dictorum urbanorum
alia seria dicit esse alia iocosa alia me
dia. Seria partitur in tria genera hono
rificum contumeliosum medium. honori
fici exemplum ponit ciceronis pro ligario Cicero.
apud cesarem qui nihil soles obliuisci ni
si iniurias. Contumeliosi quod attico scri
psit de pompeio et cesare. habeo quem fu
giam: quem sequar nō habeo. Medij quod
graeci uocant ἀποφθεγματικὸν ut cum
dixit cicero neq; grauem mortem accide Cicero.
re uiro forti posse nec īmaturam consula
ri nec miseram sapienti hec mihi optīe
dicta uidentur. Nam urbana dixerim que
ridicula dicuntur et tamen non omni
no sunt Est enim Vrbanitas ut mihi ui Vrbanitas.
detur in qua nihil absonum: nihil agre
ste: nihil inconditum nihil peregrinum
neq; sensu neq; uerbis neq; ore neq; ge
stu possit deprehendi ut nō tam sit in
singulis dictis q̃ in toto colore dicendi. De Altercatione.

Altercatio constat intensione aut dep
ulsione que quia interrogatione et
responsione inprimis nititur ingenio ue
loci ac mobili: animo p̄senti et acri indi
get. Non enim cogitandum est: sed q̃ p̄
mum dicendum: et quasi sub conatu ad
uersarij manus conserenda. In primis

igitur in altercatione notas causas et fami
liares esse oportet. est enim necessaria noti
tia omnium personarum. instrumentorum.
temporum et locorum. Careat bonus alter
cator uicio iracundie. nullus enim rati
oni magis obstat affectus. deducit nos ex
tra causam et plerumque deformia conui
cia facere ac mereri cogit et iudices ip
sos incitat. Melior moderatio et nō unq̄
etiam pacientia. neque enim refutanda tā
tum que ex contrario dicuntur. sed con
temnenda. eleuanda. ridendaque sunt nec
usq̄ plus loci recipit urbanitas. Sunt qui
dam preduri oris ut obstrepant ingenti
clamore et medios sermones intercipiāt
et omīa tumultu confundant. quos ut
nō imitari. sic acriter propulsare oporte
bit et ipsorum improbitas retundenda.
et iudices appellandi sunt frequenter ut
loquendi uices seruentur. nam ferre su
pra modum animi iacentis et mollis
esset. Habere semper in oculis debemus
de quo queritur et quod uolumus effi
cere. Meditari etiam conuenit queque ex
aduerso dici aut responderi possint a no
bis. Nec turbidus et clamosus sit alterca
tor: quales sunt qui litteras nesciunt. nā
improbitas licet aduersario molesta sit.
iudici etiam inuisa est. Nocet diu pugn
are in his que obtinere possis. nā ubi

uinci necesse est. cedere expedit. Siue eñi
plura sunt de quibus queritur et tunc
facilior erit in ceteris fides. siue unum
mitior solet poena irrogari uerecundię.
Quando quidem culpam deprehensam
pertinaciter tueri culpa altera est. pro-
dest dare aliquid aduersario quod pro
se putet: quod cum apprendat aliquid
maius cogatur dimittere. prodest plu-
ra proponere ut in electione eludatur.
Expedit uidere quo iudex dicto moue-
atur et quid respuat. Quod ex uultu, ut
dicto aliquo facto ue eius deprehenditur
ut instare proficientibus et mollissime pe-
dem refferre ab his que obsunt possis. cũ
respondere non possis auocandus est iudex
ad aliam questionem et ad aliud inue-
niendum cui aduersarius respondere
nõ possit. Exerceri in hac re expedit. uti-
lissimum nanque est sumere materiam
uel uere ut fictę controuersię: et diu-
sas partes altercationis tueri. In ea ser-
uare debemus argumentorum ordinẽ
ut potentissima prima ac sũma ponãtur.
illa enim ad credendum preparant iu-
dicem hec ad pronuntiandum. De Iudicio et consilio.

IVdicium fuerunt qui inuentioni
subiungerent sed opinione mea a-
deo omnibus partibus huius operis con
nexum ac mixtum est ut ne a sentẽtiis

aut singulis quidem uerbis seperari possit
nec magis arte traditur q̄ gustus aut od
or. Dirrigamus igitur iudicia ad ea que
sequenda que ue cauenda sunt ut cōtra
ria et communia nitemus utilia et ele
cta sequamur et uideamus in primis ne
quid in eloquendo corruptum aut ob-
scurum sit. quod ut fiat omnia referēda
sunt ad sensus qui nulla doctrina docē
tur. Nec multum a iudicio distat consi
lium nisi quod illud ostendentibus reb;
adhibetur. hoc latentibus aut omnino nō
dum repertis aut dubijs et iudicium fre
quentissime certum est. consilium uō est
ratio quedam alte petita. et plerūq; plu
ra perpendens. et comparans habens in se
etiam inuentionē. Cicero sūmo consilio ui
Cicero detur in uerrem et contrahere tempora
dicendi malluisse q̄ in eum annum quo
erat .Q. hortensius futurus incidere et
ipsis actionibus primum ac potissimum ob
tinet locum. nam quid dicendum: quid
tacendum. quid diffidendum sit exige
re consilij est. Negare satius esit an de
fendere ubi proemio utendum: quomō
narrandum: quo iure utendum. Qui
ordo seruandus: qui colores aspere leni
ter ac sūmisse loqui expediat. Ciceronis
Cicero. uel una oratio pro cluentio q̄uis multis
exemplis sufficeret. nam quod in eo cō

silium maxime mirer, primam ne exposi-
tionem qua matri cuius filium premebat
auctoritas, abstulit fidem, an quod idem cor-
rupti crimen transferre in aduersarium
maluit quam negare propter inueteratam infamiam,
an quod in re inuidiosa legis auxilio no-
uissime usus est. pro milone ante narra-
uit quam preiudiciis omnibus reum liberaret
et insidiarum inuidiam in clodium uer-
tit Infinitum esset numerare quibus con-
siliis in singulis utatur et quam diuino iudici-
o. Illud dicere satis est nihil esse non modo
in orando: sed in omni uita prius consilio.
frustraque sine eo ceteras artes tradi: plus
quam uel sine doctrina prudentiam: quam sine
prudentia facere doctrinam.,

Explicit liber sextus. Incipit septimus
De Diuisione

HVcusque de Inuentione. nunc at or-
do exigit ut de Dispositione dicamus.
que nec inmerito secunda quinque partium
posita est. cum sine ea prior nihil ualeat.
Vt enim rerum natura stare sine ordine
non posset, quo confuso peritura sunt om-
nia: sic oratio carens hac uirtute tumultu-
etur necesse est. et sine rectore fluitet.
et nec cohereat sibi multa repetat: mul-
ta transeat, uelut nocte in ignotis locis
errans: nec inicio: nec fine proposito ca-
sum potius quam consilium sequatur. Quapropter

Diuisio.

totus hic liber diuisioni seruiet. Sit igitur diuisio rerum plurium in singulis partitio Singularum in speties discretus ordo recta quedam collocatio prioribus sequentia adnectens. Dispositio utilis rerum et partium in locos distributio. Sed meminerim dispositionem plerunque utilitate mutari: cuius rei documento Demosthenes et Aeschines qui in iudicio Thesiphontis diuersum secuti sunt ordinem. Cum accusator a iure quo uidebatur potentior incepit. patronus pene omnia ante ius posuerit: quibus iudicem questioni legum prepararet. Erit igitur necessarium in controuersijs forensibus nosse omnia que uersantur in causa. nam in scola certa sunt et pauca: et ante declamationem exponuntur: que themata greci. Cicero proposita appellat. postea cogitandum est non minus pro aduersa parte: quam pro nostra. Tum quid utraque pars uellet efficere: et quid petitor diceret: et quid in controuersia esset. Tum quid responderetur. quodque confessum esset: et quod non conueniret: unde questio oriretur: et in quo pugna consistat: et si sit questio simplex an coniuncta. nam plures status esse possunt: si aliud neget reus: aliud defendat. aliud a iure actionis excludat in quo genere quid quoquo loco diluat uidendum est. Nec differtio

Demosthenes.
Aeschines.

Cicero.

a Celso qui Ciceronem sequitur. nam putat primo firmum aliquid esse ponendum. Summo firmissimum: imbeciliora autē media quia initio monendus est iudex: postremo impellendus. At pro reo plerunq; grauissimum primo ponendum est: ut illud spectans iudex defensioni sit propensior. Aliquando hoc mutabitur si leuiora illa palam falsa erunt: et grauissimi defensio difficilior. plerunq; prima impugnanda sunt: ut id de quo laturus est sententiā iudex, proximo loco accipiat. Sed hoc p Vareno Cicero in ultimum distulit, non quid frequentissime. sed quid tum expediret intuitus: que res aūt faciliorem diuisioni uiam prestat. eadem inuentioni q̊ꝗ excutere quicqd dicitur, potest. et uelut reiectione facta ad optimum peruenire. Accusatur Milo qđ clodium occiderit, aut fecit, aut non, optimum erat negare. Si non potest, occidit ergo aut iure, aut iniuria, aut necessitate. nam ignorantia pretendi non potest. Voluntas ācceps est. Sed quia ita homines putant adiūgenda defensio. ut id pro re. p. fuerit. necessitate subita pugna et preparata. Alter igitur insidiatus est. uter? profecto clodius. Vides ne, ut ipsa rerum necessitas deducat ad defensionem. Adhuc aut utiꝗ uoluit insidiatorem occidere clodius

Iulius Celsus.

Cicero.

aut non. Tutius si noluit. fecerunt ergo
serui milonis: neque iubente neque sciente
milone. At hec tam timida defensio de-
trahit auctoritatem illi qua recte diceba-
mus occisum. Adicitur quod suos quisque si-
uos in tali re facere uoluisset. hoc eo est
utilius. quod sepe nihil placet et aliquid
dicendum est. Intueamur ergo omnia ita
apparebit aut id quod optimum est: aut
id quod minime malum. propositione ad-
uersarii aliquando utendum est. Quando
quidem ea communis sepe inuenitur. hec
generaliter scribere libuit. nunc sigillatim
dicemus. et quia natura prima questio est.
factum ne sit ab ea ordiemur. De coniectura.

Coniectura omnis aut de re. aut de
animo est. Utriusque tria tempora. pre-
teritum presens, et futurum. De animo quaeri
non potest: nisi ubi persona est et de facto
constat. Cum de re agitur aut quid factum sit
in dubium uenit aut quid sit. aut quid futu-
rum sit. In generalibus ut an atthomorum con-
cursu mundus sit effectus an prouidentia
regatur. an aliquando sit casurus. In deffi-
nitis an parricidium comiserit Roscius. an
regnum affectet manlius. an recte uerrem
accusaturus sit Q. cecilius. In iudiciis pre-
teritum tempus maxime ualet. nemo ac-
cusat nisi que facta sunt. nam que fiant.
et que futura sint ex preteritis colliguntur.

Queritur unde quid ortum sit: ut pestilē-
tia an ira deum: an intemperie celi, an
corruptis aquis: an noxio terre halitu: et
que causa faciat: ut quare ad troiam qn-
quaginta reges nauigarint an iureiuran-
do adacti: an exemplo moti: an gratificā-
tes atridis. Que presentis sunt temporis.
si nō argumentis precedentibꝫ: sed oculis
deprehenduntur, non egent coniectura
ut si apud lacedemonios queratur an Athe-
nis muri fiant. Animi coniectura in om-
nia tempora cadit: ut qua mente ligariꝰ
fuerit in africa. Qua mente pyrrhus pho-
edus petat. Quo modo laturus sit cesar
si ptholomeus pompeium occiderit. Que-
ritur per coniecturam et qualitatem circa
modum spetiem numerum: an sol maior
q̄ terra: luna globosa an plana, an acuta:
unus mundus an plures. Item extra que-
stiones naturales maius bellum troianū, an
peloponensium. Qualis clipeus Achillis: an
unus hercules. In his que accusatione, aut
defensione constant unum est genus: in
quo queritur de facto, de auctore. Inter-
dum utrumqꝫ negatur. Interdum constat
de facto: et a quo factum sit ambigitur.
et tunc reus aut fecisse se negat: aut ī
alium crimen transfert. In transferendo
crimine, aut substituitur mutua accusa-
tio: quam greci ἀντικατηγορίαν uocant.

nostrorum quidam coniecturam: aut in a-
liquam personam transfertur: aut certam
aut incertam interdum ducitur compa
ratio, aut totam causam nostram cū ad-
uersarij causa comparamus: aut cum sin-
gula argumenta cum singulis: ut Cicero
Cicero. pro Vareno optimum equidem puto: si
causa patitur: ut a singulis singula uin-
cantur. Sed si quando in partibus labora
bimus, uniuersitate pugnandum est: ut
Cicero. Cicero pro Roscio facit. De finitione.

QVi non potest dicere nihil fecisse p-
ximum est ut dicat non id fecisse:
quod obycitur: qua in re finitione utē-
dum erit. Erit igitur finitio rei propo-
site propria et dilucida: et breuiter cō-
pressa uerbis enuntiatio: que constat.
ut dictum est genere, spetie, differēti-
bus, et proprys: ut si finiam equum ge-
nus est animal. speties mortale. differē-
tia irrationabile. proprium hinniens.
Vtimur diffinitione cum nomen de q̄
ambigitur, in alia re certum est. ut sa-
crilegium est rem sacram de templo
subripere: non etiam priuatam? Adul-
terium cum aliena uxore coire: an ēt
in lupanari? ideoq; συλλογισμὸς de quo
postea dicam: uelut infirmior est finitio:
quia in hac queritur, an idem sit huius
rei nomen: quod alterius. Illo an proin

habenda sit hec, atque illa. est opus aliquando finitione in rebus obscurioribus: ut quid sit penus: quid sit litus. Raro utimur hac dyalectica finitione. est enim periculosa ut apud ciceronem dicit Antonius. nam si uno uerbo sit erratum tota causa cecidisse uideamur. optima est illa media uia: qua pro cecinna utitur cicero: ut res propriantur, uerba nõ periclitentur. et eniz deceptoris nõ ea sola uis est que ad corpus nostrum, uitamque peruenit: sz etiaz multo maior ea que periculo mortis iniecto formidine animum preteritũ loco sepe et certo statu dimouet aut cũ finitionem precedit probatio in philipicis Cicero Ser. Sulpitium occisum ab Antonio colligit, et demum ita finit. Is ei ita profecto mortem attulit qui causa mortis fuit. Videndum ne superuacua sit finitio et nihil ad causam pertinens: et ne ambigua: et ne contraria, ne cõmunis ponatur. Vt recte aũt finiamus primum animo constituemus qd uelimus efficere: et sic ad uoluntatem uerba accomodabimus: ut qui nolit rẽ profanam e sacro raptam, sacrilegiũ esse. finiet sacrilegium aliquid sacri surripere. Fit aliquando diffinitio ab ea quam greci ἐτυμολογίαν uocant. Quid enim est aliud tumultus nisi pertur-

Cicero.

Cicero.

batio tanta: ut maior timor oriatur. Vnde etiam nomen ductum est. tumultus. Comprehendimus aliquando diffinitione inicia causas, effectus consequentia ut Cicero optime fecit pro cecinna. Quid igitur fugiebant propter metum. Quid metuebant: uim uidelicet. potestis igitur principia negare: cum extrema concedatis. Similitudine quoque utitur: que uis in bello appellatur ea in ocio nō appellatur. Est interdum certa finitio de qua inter partes cōuenit: ut Cicero maiestatem esse ait dignitatem in imperio, atque in nomine populi romani. Queritur an maiestas minuta sit: ut in cornelij causa quesitum est.

Cicero.

Cicero.

De Qualitate.

QValitas queritur genere, natura, forma, magnitudine ac numero: ut an immortalis anima; an humana spetie deus: quantus sit sol an unus mundus: q̄ omnia coniectura colliguntur: et plerumque in suasorijs tractantur: ut si cesar deliberet an britaniam impugnet: que sit oceani natura: an britannia insula: nam tunc ignorabatur quo numero militum aggredienda. hec in consilium ueniunt. Qualitati succedit facienda an non faciēda. optanda an uitanda. cadit etiam in iudicijs. Sed illic de futuris hic de factis agitur factum constabit, quale factum sit,

queretur. Lis omnis est, aut de premio: aut
de poena aut de quantitate. Genus cause
aut simplex aut comparatiuum est. Illic
quid equum. hic quid equius aut equissi-
mum sic excutitur. Cum de poena agitur
aut defensio est criminis aut imminutio
aut excusatio at deprecatio. Defensio poten-
tissima est quia id quod obicitur hone-
stum dicimus, ea absoluta dicitur cũ de
re queritur iusta sit an iniusta. Iustum
aut natura aut constitutione cernitur.
Natura secundum cuiusque rei dignitatem
hec sunt ut pietas, fides, continentia, et ta-
lia. Constitutio est in lege, more, iudicato,
pacto. Alterum defensionis genus est. in quo
factum per se improbabile assumptis extrin-
secus auxiliis tuemur: et assumptiua cau-
sa dicitur. In quo genere fortissimum est.
si crimen causa facti tuemur. Illa ex cau-
sis facti ducta defensio priori est contra-
ria in qua neque factum per se ut in ab-
soluta questione defenditur: neque ex cõ-
trario facto: sed in aliqua utilitate: aut rei
p. aut multorum: aut nostra si fas erit
ut si mancinus fedus numantinum de-
fendat exercitus romanus periturus erat.
nisi sic factum esset. hoc genus compara-
tiuum dicitur. Si defensio per se nõ da-
tur: nec adhibitis auxiliis inuenitur: trã-
sferre crimen prestat. si possumus: quod

Cicero.

interdum in hominem relegatur: ut si gracchus dicat ad numantinum foedus se ab imperatore missum. Deriuatur in rem ut si is qui testamento quid iussus nō fecerit, dicat per leges id fieri non potuisse: hoc greci μετάστασιν dicunt. exclusis his excusatio superest: ea est aut ignorantię aut necessitatis. nonnunq̄ male fecisse nos: sed bono animo dicimus. Si omnia hec desunt, uidendum est: an minui culpa possit. Vltima est deprecatio: que a plerisq; negatur in iudicium unq̄ uenire. ut Cicero pro Ligario ostendit. In senatu uō apud populum: apud principem: et ubiq; cum iuris clementia est, habet locum deprecatio: in qua plurimum ualet: si hęc tria in uita ꝓcedunt: si innocens: si benemeritus: si spes in futurum innocentię et alicuius utilitatis fuerit: preterea si uel aliis incomodis uel presenti periculo, uel penitentia uideatur satis penarum dedisse. Extra nobilitas, Dignitas, propinqui amici.,

Scriptum et Voluntas.

Scripti et uoluntatis frequentissima īter iure consultos questio est: pars magna controuersię iuris hinc pendet. De scripto et uoluntate queritur: cum in lege aliqua obscuritas est. In eam aut uterq; suam interpretationem confirmat: aut aduersarii subuertit: ut hic fur quadru-

plum soluat. Duo surrupuerunt pariter decem milia. petuntur ab utroque quadragena. illi postulant ut uigena conferat: nam et actor hoc dicit esse quadruplum quod petat: et rei hoc quod offerant. Voluntas quoque utrinque defenditur: aut cum de altero intellectu certum est, de altero dubium: Ex meretrice natus ne contionetur: que filium habebat prostrare cepit. prohibetur adolescens contione. nam de eius filio: que ante partum meretrix est, certum fuit. in eadem sit huius causa: dubium est: qui ex hac natus et meretrix est. Contra scriptum tribus modis occurritur. Vnus ex ipso patet semper: in quo id seruari non possit. Liberi parentes alant aut uinciantur: non enim alligabitur infans. Alius est in quo nullum argumentum est: quod ex lege ipsa peti possit. peregrinus si murum ascendit capite puniatur: cum hostes murum ascendissent: peregrinus eos depulit. petitur ad supplicium. Nullum argumentum afferri potest, contra scriptum uehementius eo quod in lite est, an ne seruande quidem ciuitatis causa. Apparet enim semper stari scripto non posse: ut Cicero pro Cecinna fecit. Tertius modus est: cum ipsis uerbis legis repetimus aliquid: per quod ostendimus legum latorem aliud uoluisse. Cicero.

ut in lege qua dicitur. Qui nocte ferro de-
prehensus fuerit alligetur: cum anulo ferreo
inuentum magistratus alligauit. defensio e-
rit nõ contineri lege nisi noxium ferrum.
Sed qui uoluntate nititur scriptum quo-
tiens poterit, infirmare debebit. Qui scriptũ
tuebitur, adiuuare se etiam uoluntate tẽ-
ptabit., De contrariis legibus.

Contrarię leges iure esse nõ possunt: q̃a
si diuersum iussisset alterum altero
obrogaretur. Sed eas casu collidi, atq; e-
uentu constat. Colliduntur aũt, aut pares
inter se: ut si oppio tyrannicidę: et uiri for-
tis compararetur: aut secum ipę ut duo-
rum fortium: duorum tyrannicidarum.
confligunt quoq; diuersę leges: aut simi-
les: aut duę. Vir fortis quodcunq; premi-
um uoluerit accipiat. petit impunitatẽ
desertoris: et lex est ut desertor puniatur.
Duplices leges sicut duę colliduntur: ut
nothus ante legiptimum natus legitimus
sit. post legitimum tantum ciuis. In his cõ-
trouersiis quęritur utra lex potentior: an
ad deos pertineat an ad homines: an ad
rem. p. an ad priuatos. De honore: an de
poena: de magnis rebus: an de paruis: per
mitat: an uetet: an imperet: et utra sit a-
ntiquior., Ratiocinatio.

Syllogismus habet aliquid simile scrip-
to et uoluntati: quia in eo semp pars

altera scripto nititur. Sed hoc interest: quod illic dicitur contra scriptum: hic supra scriptum. Illic qui uerba defendit. hoc agit: ut fiat utique quod scriptum est. hic ne aliud q̄ scriptum est. Cuius nonnulla cum finitiõe coniunctio est. nam sepe si finitio infirma est. in syllogismum delabitur. Venefica capite puniatur spe perseuerandi amatorium dedit: repudiauit propinquos. rogata ut rediret. non est reuersa. suspendit se maritus: mulier ueneficii rea est. fortissima est actio dicentis amatorium uenenum esse. Id erit finitio que si parum ualebit fiet syllogismus ad quem uelut remissa priore contentione ueniemus an proinde puniri debeat ac si uirum ueneno necasset. hic status quoniam ratione colligitur ratiocinatiuum dicitur.

Amphibologia.

Amphibologia aut uocibus singulis accidit aut coniunctis. Singula afferunt errorem cum pluribus rebus: aut hominibus eadem appellatio que ὁμονυμία dicitur: ut gallus utrum gentem: an nomen an formã corporis significet. incertum est. et Aiax thelamonis an oylei filius. Verba quedam diuersos habent intellectus ut cerno. Accidit etiam ut alia significatio sit integro uerbo alia diuiso: ut armamentum coruinum. Accidit ex compositis cum scripta dubia sunt: ut bona omnia leonti an pantaleonti sint

relicta. In coniunctis plus ambiguitatis est
fit enim per casus: ut aio te eacyda roma
nos uincere posse. per collationem: cum
quod medium est utrinque possit trahi.
Virgilius. Ut Virgilius de troilo lora tenens tamen. hic
utrum quod teneat: tamen lora an quius tene
at: tamen trahitur queri potest. Ut in testamen
to quidam iussit poni statuam auream
hastam tenentem. queritur statua ha
stam tenens aurea esse debeat: an has
ta esse aurea in statua alterius mate
rie. fit per flexum ut ubi erant centum
inde occidit Achilles. sepe utri duorum
antecedentium sermo subiunctus sit du
bium est: ut heres meus uxori mee da
re damnas esto argenti quod elegerit
pondo centum: uter eligat queritur: fit
per accusatiuum: ut lachetem audiui per
cussisse dameam. per ablatiuum: ut de
currit aperto: utrum per apertum celum:
an cum apertus esset. fit etiam cum am
bigitur unum uerbum: quo referatur:
Cicero. ut cicero loquens de C. Fannio. Is socer
instituto: quem quia cooptatus in augu
rium collegium non erat non admodum
diligebat: presertim cum ille sceuolam
minorem natu sibi generum pretulisset.
nam sibi et ad socerum referri: et ad
fannium potest. Eiusmodi amphibologie
in scripto et uoluntate faciunt questionem

Distinctio generis

Distincta sunt genera. aliud est enim obscurum ius: aliud ambiguum. Igitur finitio in natura nominis questionem habet generalem: et que esse etiam circa complexum cause possit. Scriptum et uoluntas de eo disputat quod est in lege. Syllogismus uero de eo quod non est. Amphibologie lis in diuersum trahit. legum contrariarum ex diuerso pugna., Epilogus superiorum.

Diximus rhetoricen bene dicendi scientiam. et utilem: et artem, et uirtutem esse. Materiam eius omnes res: de quibus dicitur: tum et eas in tria genera diuisimus. Demonstratiuum Deliberatiuum Iudiciale. Orationem porro omnem constare rebus et uerbis. In rebus intuendum inuentionem. In uerbis elocutionem. In utraque collocationem: que memoria complecteretur. Actio commendaret. Oratoris officium, docendi: mouendi: delectandi: partibus contineri. Ex quibus ad docendum expositio et argumentatio. Ad mouendum affectus pertineret. quos per omnem causam: et maxime in ingressu et fine dominari. Nam delectationem quamuis sit in utroque eorum: magis tamen proprias in elocutione partes habere. Questiones alias infinitas: alias finitas: que personis: locis: temporibus continentur. In omni materia tria querenda.

An sit: quid sit: quale sit. his adiunximus de
monstratiuam laude ac uituperatione constare
in ea que ab ipso de quo diceremus: queq;
post eum acta essent intuendum hoc opus tr
actatu honestorum utiliumq; constare suaso
riis accidere tertiam partem ex coniectura
posset ne fieri an esset futurum de quo deli
beraretur hic spectandum diximus quis a
pud quem quid diceret. Iudicialium causa
rum alias in singulis alias in pluribus cō
trouersiis consistere ut in quibusdam inten
sionem modo depulsionem. Porro omnem
inficiationem duplici re constare: factum
ne: an hoc factum esset. preterea defensio
ne iactatione constare. questionem aut ex
scripto esse aut ex facto de rerum fide pro
prietate qualitate scripto: de uerborum ui
aut uoluntate: in quibus uis tum causa
rum actionum inspici soleat. queq; aut
scripti aut uoluntatis. aut ratiocinatiua
aut ambiguitatis: aut contrariarum spetie
continentur In omni porro causa iudicia
li quinq; esse partes quarum exordio cō
ciliari auditorem narratione proposita
confirmari Refutatione aut memoriam
refici: aut animos moueri. his argumentan
di et afficiendi locos et quibus generibus
concitari, placari resolui iudex oporteret ad
iecimus. Accessit etiam ratio diuisionis.

Explicit septimus liber.

Elocutionis.

Incipit octauus. De Virtute Elocutionis.

Elocutionis iam precepta tractabimus viii
partem operis difficillimam. Nam M. An .M. Antonius.
tonius cum a se disertos uisos esse multos ait
eloquentem autem neminē: disertos satis pu
tat dicere que oporteat. ornate autē dicere
proprium esse eloquentissimi. M. autē Tullius cicero
inuentionem ac dispositionem prudentis ho
minis esse putat. elocutionem autem orato
ris. Ideo circa precepta huius partis plurimū
laborant. Cura sit uel in primis uerborū: et
ea quidem diligens: nō tamen adeo ut o
missa rerum: qui nerui sunt causarum dili
gentia quadam inani circa uoces studio se
nescamus. Maiore si quidem animo aggre
dienda est eloquentia: que si toto corpore ua
let ungues componere: et capillum polire nō
existimabit ad curam suam pertinere. Eue
nit plerumque enim ut nimia diligentia de
terior fiat oratio. Nanque ut ait cicero uiciū cicero
uel maximum est a uulgari genere oratio
nis atque consuetudine communis sensus ab
horrere. Virtus orationis in primis: ut sing
ula in ea sint propria dilucida, ornata: et
apte ac decenter collocata. Non est herendū
circa singula: dum inuenimus ne cursum
dicendi refrenet et calorem cogitationis ex
tingat nimia illa diligentia. Miser enim et
pauper orator est qui nullum uerbum equo
animo perdere potest. Sed ne perdet qui lo

quendi rationem primum cognouerit et lecti
one multa atque idonea copiosam sibi uerborũ
supellectilem compararit Verba rerum grã
sunt reperta: et ea maxime probabilia sunt
que sensum nostrum optime promũt. Elo-
cutionem quam graeci φράσιν uocant spe-
ctabimus: aut singulis uerbis aut coniun-
ctis. In singulis uidendum est: ut sint latina
perspicua, ornata: et ad id quod uolumus
accomodata. In coniunctis ut emendata
ut collocata ut figurata. Videndum est ne
uerba sint peregrina. Nam in T. Liuio mi-
re facundie uiro putat inesse Asinius
pollio quandam patauitatem: quare uer-
ba omnia: et uox huius urbis alumna sit.
et oratio romana plane uideatur non
ciuitate donata, De perspicuitate.

T. Liuius.
Asinius pollio

Perspicuitas precipuam habet in uer-
bis proprietatem. sed proprietas ipsa
non simpliciter accipitur. primus enim
intellectus est sua cuiusque rei appellatio
qua tamen non semper utimur. Vita-
mus namque oscena, sordida, et humili-
a. Sunt autem humilia infra dignita
tem rerum atque ordinis. uerba que sine
usu sunt: nisi causa omnino exigat: refor-
midare debemus. Sed ut proprietatis ma-
gna est uirtus: ita eius contrarium: quod
graeci ἄκυρον nos improprium dicimus
uitium uel maximum existimandũ est.

quale est tantum sperare dolorem: aut Virgilius.
mortem ferre quod in oratione dolobelle
emendauit cicero. Non tam̄e quicqd nō Cicero.
erit proprium protinus uitio impropri-
etatis laborabit. nam multa sunt quę
denominatione carent. qui enim iaculū
emittit, iaculari dicitur: qui pilam, aut
sudem appellatione priuata caret. Vnde
abusio quę καταχρησισ dicitur: et trans-
latio in qua maximus est oratoris orna-
tus uerba non suis rebus accomodat. Dici-
tur etiam proprium inter plura quę
sunt eiusdem nominis id unde cetetera
dicta sunt: ut uertex est contorta in se Vertex.
aqua: uel quicqd aliud similiter uertitur.
Inde propter flexum capillorum pars
summa capitis: et sic etiam eminentia
montium. hęc omnia uertices dixeris
proprie tamen illud: unde inicium du-
cunt. Tertio modo proprium dicitur: cū
res communis pluribus in uno aliquo
habet nomen eximium: ut Nenia pro- Nenia.
prie funebre carmen est: ut tabernacu-
lum ducis augustale. Item quod cōmu-
ne est. alijs nomen: ut intellectu alicui
rei peculiariter tribuitur: ut urbem ro-
mam accipimus: ut uenales nouitia: et Venales
coryntia, ęra. cum sint quoqꝫ urbes alię. Corynthia.
et uenalia multa: et tam aurum et ar-
gentum: q̄ es corynthium. Laudamus

Cato.
Virgilius.
Oratius.

tanq̄ proprium id quo nihil significatius dici potest: ut Cato dixit cesarem ad euertendam rem. p. sobrium accepisse. et Virgilius dedu ctum carmen et Oratius acrem tibiam. Annibalemq; dirum: ut etiam in appositis: que epitheta dicuntur cernitur: ut dulce mus cum et cum dentibus albis. Bene transla ta etiam propria dici solent. precipua cu iusq; proprij locum accipiunt: ut fabius cunctator. possunt uideri uerba: que plus significant q̄ eloquantur. In parte ponēda perspicuitatis intellectum enī adiuuant.

Emphasis.

ego autem libentius emphasim retulerim ad ornatum orationis: quia nō intelligatur efficit. Sed ut plus intelligatur. omonoma que uocantur obscuritatem faciunt: ut ta urus: animal sit: an mons: an signum in celo: an nomen hominis: an radix arboris nisi distinctum fuerit non intelligitur. Vi tare debemus longum hyperbaton et mix turam uerborum: ut saxa uocant itali me dysq; in fluctibus aras. Quod interponi

Virgilius.

tur breue omnino esse debet. Nam Virgi lius illo loco quo pullum equinū descri bit compluribus insertis alia figura quin to demum uersu redditur. Si qua sonitū procul arma dedere stare loco nescit. Vi

Virgilius.

tanda est etiam amphylologia: de qua supra turba inanium uerborum et copi osa loquacitas formidanda est: et alia ex

parte uidendum est: ne breuitatis emuli
necessaria uerba orationi subtrahamus. o-
diosus nāq sermo est quem auditor suo
ingenio intelligit. pessima uō sunt ἀδιανοητα
que uerbis aperta obscuros habent sensus.
prima sit uirtus perspicuitas: propria uer-
ba: rectus ordo: non in longum dilata cō-
clusio: nihil neq desit neq superfluat. Ita
et sermo et doctis probabilis et planus im-
peritis uidebitur. Non enim ut intellige-
re possit iudex sed ne omnino possit nō
intelligere curandum est., De ornatu:

IN ornatu plus q̄ in ceteris sibi indul-
get orator. Nam emendate ac diluci-
de dicere potius uicijs carere est q̄ uir-
tutis premium mereatur. Inuentio quip-
pe cum imperitis sepe communis est Dis-
positio autem modice doctrine. Cultus uō
et ornatus oratorem cōmendat nō mō
doctissimorum iudicio: sed populari etiā
laude. Nec fortibus modo: sed fulgentibus
etiam armis preliatus est cicero in causa
cornelij cum assecutus dicendo est non
modo romani admirationem: sed accla-
mationem: ac plausum. Sublimitas profe-
cto magnificentia: nitor et auctoritas ex-
pressit illum fragorem: nec tam insolita
laus esset prosecuta: si usitate et ceteris
similis fuisset oratio. Recte idem cicero
in quadam epistola inquit, eloquentiam

Cicero.

Cicero.

que admirationem non haberet iudica-
re. Sed hic ornatus uiri fortis esse debet
nec effeminatam lenitatem habere. aut
fucatum colorem. sed sanguine et uiri-
bus niteat. ornatus ac perspicuitas orationis
aut in singulis uerbis: aut in pluribus cer-
nitur. quamquam bene precipiatur perspicuitatem
propriis. ornatum uero translatis uerbis ma-
gis egere. Sciamus tamen in ornatu esse
quod sit improprium. Sed cum frequentis-
sime idem uerba plura significent. que
uocantur οὐνωνυμα tamen sunt aliis honestio-
ra, sublimiora, nitidiora, iucundiora, uoca-
liora. Verborum namque inter se conueniens
copulatio meliorem efficit sonum. Sed re-
bus atrocibus uerba etiam asperiora magis
conueniunt. Turpia ac sordida uerba in
oratione numquam locum habere debent. clara
illa atque sublima plerumque materie cernen-
da sunt. quod enim alibi magnificum:
tumidum alibi. et que humilia circa res
magnas: apta circa minores uidentur. sicut
in oratione nitida notabile humilius uer-
bum: et ueluti macula ita a sermone te-
nui sublime nitidumque discordat. Quae-
dam non tam ratione quam sensu iudicantur.
Virgilius. Vt illud cesa iungebant foedera porca. Vi-
le fuisset si esset porco. In quibusdam ratio
est manifesta. Risimus nuper poetam qui
Virgilius. dixerat. pretextam hasta mures rosere ca-

milli. At Virgilii miramur illud sepe exiguus mus. Casus singularis magis decuit: et apta proprietas fecit, ne plus expectarem. et clausura unius syllabe minus usitate addidit gratiam. Non enim augenda semper oratio est: sed summittenda nonnunquam. quoniam rebus interdum uerborum ipsa humilitas affert: an cum Cicero dicit in pisonem: cum tibi tota cognatio sarraco inuehebatur, incidisse uidetur in sordidum nomen non eo contemptu hominis auxisse. et sic pro milone. heu tu rufio et eurutius antoniaster. Cauendum ne uerbis ab usu remotis utamur: uel alterius facultatis. Autumo tragicum est. et prolem inuersam dicere prosapiam, insulsum. nam ꝯmutatus est sermo. Quedam tamen uetera uetustate ipsa gratius nitent: dummodo non appareat affectatio: ut apud Salustium: qui noto incessitur epigramate: et uerba antiqui multum furate catoni, Crispe iugurtine conditor historie. Odiosa in eo cura: et cuilibet facilis: et hoc pessimum quod rei studiosius non uerba rebus aptauit: sed res extrinsecus arcessiuit: quibus hec uerba conueniant. Veteres expectorat. exanimat non formidauerunt. uerum in tractatu talia sunt. qualia apud Ciceronem beatitas: et beatitudo: que dura sensit esse

Cicero.
Cicero.
Salustius.
Cicero.

uerũ tamen usu putat posse molliri. Multa
ex graeco formantur noua. Quedam dete
Ens. Essentia. riora uidentur ut ens et essentia. que cur
tantope aspernentur: nescio. nisi qd iniq
iudices in nos sumus. Ideoq3 paupertate s-
monis laboramus. Quedam perdurant. nã
que nunc uetera sunt, fuerunt olim no
ua. Messala primus reatum dixit Augustus
Messala. Augustus. numerabilium fauorem. et urbanum cice
Cicero. ro noua credidit. Terentius primus dix
Terentius. obsequium. ceruicem hortensius. nã pri
Hortensius. mo tantum pluraliter dicebant hec satis
de singulis uerbis. Nunc de coniunctis di
cemus: quorum ornatus in hec duo diuidi
tur: quam corripiamus elocutionem: et quõ
offeramus nam primo cogitabimus licet ne
angere quod uelimus: an minuere, cogita
re dicere, an moderate, lete, an seuere
abundanter: an presse: aspere an leniter
magnifice an subtiliter. grauiter an urba
ne. Tum quo translationis gñe: quibus figu
ris, qualitatibus, sententiis: quo mõ: qua col
locatione: quod intendimus effici possit.
prima uirtus sit uitio carere. nec possu
mus sperare ornatam orationem fore q̃
pene probabilis non sit. probabile genus
Cicero. cicero appellat quod non plus minus ue
est q̃ dicit. nõ quia comi expolliri non
debeat sed quia uitium est. ubiq3 mini
mum quod est. Itaq3 uel nobis ee aucto-

ritatem in uerbis sententias uel graues uel a
ptas opinionibus hominum ac moribus his
saluis licet assumere ea quibus illustretur
oratio Vitandum est quod greci κακέ-
φατον uocant: siue sit uerbum uel sermo
mala consuetudine in obscenum intellectū
deductus: ut ductare exercitum et patra
re bella. quod apud Salustium tot riden
tibus displicet. que culpa potius legentiū
q̄ scribentium est. dicitur enim sancte et
antique. Sed tamen uicentibus uicijs cedē
dum est fugienda est iunctura cum de
formiter sonat. uel cum litteris coeuntib;
uix exprimi potest: uel cum cogit nos in
tersistere: uel cum corripitur sermo: et
sic etiam mala diuisio. uel obscenus intel
lectus ut est apud Ouidium. Α uerp latēt
meliora puta. Deformitati proximum est
humilitatis uicium: quod ταπείνωσιν
uocant: quando magnitudo uel dignitas
minuitur ut exeat uerruca in summo mō
tis uertice: cui natura contraria est. Idē
uicium erit paruis dare excedentia mo
dum nomina, nisi captandi risus gratia.
Ideo nec parricidam: nequam hominem
dixerim: nec meretrici deditum nefari
um: quod alterum parum: alterum ni
mium est. Est etiam uicium ἔλλειψις
cum sermoni deest aliquid q̄q̄ id obscu
re potius q̄ inornate orationis uiciū est.

Salustius.

Ouidius.

Sed cum a prudentibus fit schema dici
solet. sicut eiusmodi uerbi. aut sermonis i
teratio: quę ταυτολογία dicitur. hec uitiū
uideri potest: quāuis non magnopere a sum
Cicero. mis oratoribus uitetur. in quam cicero in
cidit. securus tam paruę obseruationis: si
cut hoc loco. Nam solum illud iudicium
iudicij simile fuit. Mutatio nominis quę
ἐπάλιξις dicitur inter schemata ē. ὁμοι
ολογία est quę nulla uarietate leuat tedi
um carens sententijs ac figuris: et non
solum animis sed auribus ingrata. Vita
da etiam μακρολογίαι. longior q̄ oportet
Liuius. sermo ut est apud Liuium. legati nō im
petracta pace retro domum. unde uene
rant. abierunt. huic uicina περίφρασις
uirtus habetur. est et πλεονασμὸς uitium
cum superuacuis uerbis oratio oneratur
ut ego occulis meis uidi. quod urbane
Cicero. in causa hirci cicero emendauit. cum
diceret mater decem mensibus in ute
ro tulit. Quid alię inquit in penula so
lent ferre. Sed nōnunq̄ affirmationis gra
tia adhibetur: ut uocemq; his auribus
Virgilius. hausi. Quod uitium erit si uiciosum erit
et supererit. Est etiam quę περιεργία
dicitur. cum superuacua est ut sic dixe
rim operositas: ut a diligenti curiosus
a religione superstitio distat. Omne uē
bum quod neq; intellectum adiuuat.

uitiosum dici potest et uocatur χακόζηλον
i. mala affectatio nam et tumida et exilia
et perdulcia et abundantia et arcessita et
exultantia sub idem nomine cadunt nam
quotiens ingenium iudicio caret et specie
boni fallitur id uicium est. quod in elo
cutione maxime peccat cum redundant
uerba uel compressa sunt uel obscura est
compositio uel fracta similium uocum
ambiguitas χακόζηλον dicitur omnium
uitiorum pessimum. Sunt in ornatu etiam
hec uicia quod male dispositum est ἀπου-
χονόμηχ Quod male figuratum ἀσχηματον
— Quod male collectum χακοσύνθετον
Hunc de figuris compositis dicemus σοραισ-
μὸς appellatur mixta ex uaria natione lin-
guarum oratio. Cui simile est uitium cum
sublimia humilibus uetera nouis poetica
uulgaribus miscemus. Magna uirtus est res
clare atque ut cerni uideantur enuntiare
et ita narrare ut exprimi et oculis mentis ostendi uideantur. quod genus est cum
tota imago rerum quodammodo depingi-
tur. plurimum in hoc genere sicut in
ceteris eminet cicero ut in uerrem ima- Cicero.
ginem expressit. cum ait stetit soleatus pre- Imago.
tor. p. r. cum pallio purpureo. tunicaque
muliercula nixus in littore. Idem in de- Cicero.
scriptione conuiuii luxuriosi Videbar ui-
dere alios intrantes. alios uero exeuntes.

quosdam ex uino uacillantes: quosdam exter
na potatione oscitantes. humus erat immū
da, lutulenta uino, coronis languidulis et
spinis cohoperta piscium. Quod plus uide
ret qui intrasset. preclaram uō ad inferen
dam rebus lucem reperte sunt similitudi
Similitudines. nes quarum alię probationis gratia inter
argumenta ponuntur. alię exprimūt rerū
imaginem quod est huius loci proprium
Inde lupi ceu Raptores in atra nebula et
aui similis quę circum littora circum pi
Virgilius. scosos scopulos humilis uolat equora iuxta
In quo genere cauendum est: nequid ob
scurum aut ignotum sit. debet enim quod
illustrandę rei gratia sumitur, clarius eo
esse quod illuminat quare poetis relinqua
mus exempla obscuriora ut qualis hiber
nam liciam. xanti qꝫ fluentam deserit ac
Virgilius. delon maternam inuisit apollo. pulchrū
Cicero. est illud pro Archya. Saxa atqꝫ solitudines
uoci respondent. Bestię sepe immanes can
tu flectuntur. Gratę breuiores similitudines
Cicero. sunt ut Cicero in clodium. Quo ex iudi
cio uelut ex incendio nudus effugit. Amp
Emphasis. lior tamen uirtus est emphasis altiorem
prebens intellectum: q̄ quem uerba per se
ipsa declarant. Eius duę sunt species. alte
ra que plus significat q̄ dicit. Altera que
etiam id quod non dicit. prioris exemplū
Virgilius. est apud Virgilium. Demissum lapsi per fu

nem. nam ex hoc equi altitudinem osten
dit. Item cum prodigiosum corpus cyclopis
spatio loci dimensus est. Sequens genus cer
nitur aut in uoce omnino suppressa aut in
abscissa. Supprimitur uox ut cicero pro liga Cicero.
rio quod si in tanta fortuna bonitas tanta
non esset q̄ tu p te inquam obtines intelligo
quid loquar Tacuit enim quod nihilominus
accepimus non deesse homines qui ad cru
delitatem eum impellunt. Acciditur enim p
ἀποσιώπησιν est in uulgaribus quoqȝ uer
bis emphasis. Virum esse oportet et ille homo
est. nec satis est ea de quibus dicat clare, at
qȝ euidenter ostendere. sed sunt multi ac
uarij excolende orationis modi. nam ipsa il
la ἀφέλεια simplex et inaffectata habet q
uendam purum: qualis etiam in foeminis
amatur ornatum. Sunt quedam ueluti e
tenui diligentia circa proprietatem signifi
cationemqȝ mundicie. alia copia locuplex:
alia floribus leta. Virium nō unum genus:
nam quicquid in suo gn̄e satis effectum est
ualet. precipua tamen eius opa δείνωσις
exaggeranda in dignitate et in ceteris alti
tudo quedam φαντασία in concipiendis ui
sionibus ἐξεργασία in efficiendo opere proposito:
cui adijcitur ἐπεργασία Repetitio probationis
eiusdem ἐνέργεια confinis his. Est enim ab
agendo dicta cuius uirtus est ut nihil in
agendo sit ociosum. Est et amarum quidaȝ

Crassus. positum in contumelia: quale est illud crassi. ego te consulem putem: cum tu me nō putes esse senatorem: Sed uis oratoris omnis in agendo, muniendo que consistit.

De Amplificatione et diminutione

Prima igitur amplificandi, uel minuendi species in ipso rei nomine: ut eum qui sit cesus occisum: et eum qui sit improbus, latronem: et e contra eum qui pulsauit, attigisse: et qui uulnerauit, lesisse dicamus.

Cicero. Vtriusque exemplum cicero pariter pro celio ponit. Si uidua libere, proterua petulanter, diues effuse, libidinosa meretricio more uiueret. adulterum ego putarem si quis eam paulo liberior salutasset. nam et impudicam meretricē uocauit: et eum cui longius cum illa fuerat usus liberius salusse. hoc genus crescit si ampliora uerba nominibus conferuntur.

Cicero. Cicero in uerrem, non enim furem: sed raptorem, non adulterum: sed expugnatorem pudicicie, non sacrilegum legum, sed hostem sacrorum, non siccarium. sed crudelissimū carnificem ciuium sociorum que in uestrum iudicium adduximus. Quatuor generibus in primis constat amplificatio, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Est autem

Incrementum. incrementum cum magna uidentur etiam que inferiora sunt. Id aut uno

gradu fit aut pluribus ut cicero inquit facinus est uincire ciuem romanum scelus uerbarare prope patricidium necare. Quid dicam in crucem tollere? Creuerat per gradus. deinde adiecit supra quod nihil esse potest cum dicit qd in crucem tollere. fit etiam aliter supra summum adiectio: ut Virgilius de Lauso quo pulchrior alter non fuit, excepto laurentis corpore Turni. Est enim summum pulchrior, supra summum quod sequitur. Aliquando non per gradus itur, nec plus quam maximum ponitur: sed quo nihil maius est. ut matrem tuam occidisti. quid dicam amplius? matrem tuam occidisti. quasi nihil possit augeri. Comparatio incrementum ex minoribus petit: ut cicero in Antonium. Si hoc tibi inter cenam et in illis immanibus poculis tuis accidisset. quis non turpe duceret? In cetu uero p. r. et in catilinam. Serui me hercule mei si me isto pacto metuerent: ut te omnes ciues tui metuunt. domum meam relinquendam putarem. Per ratiocinationem fit amplificatio: ut aliud crescat: et aliud augeatur: et inde ratione extollatur: ut cicero obiectur Antonio uinum et uomitum. Tu inquit istis faucibus, istis lateribus. ista gladiatoria totius corporis infirmitate. Au-

Cicero

Virgilius.

Comparatio.

Cicero.

Ratiocinatio.

Cicero.

getur aliud ex alio ut hannibalis laus uir-
tutem Scipionis amplificat. Congerie uer-
borum et sententiarum fit etiam amplifica-
cio. Nam si non per gradus ascendant tamē
uelut aceruo quodam alleuantur. Quid e-
nim cuius ille tubero destrictus gladius age-
bat cuius latus ille mucro petebat. Qui
sensus erat armorum tuorum? Que tua me-
ns oculi manus ardor animi quid cupie-
bas? quid optabas? Simile est figure quam
uocant συναθροισμὸν sed illic plurium rerum
est congeries hic unius amplificatio. Aderat ia-
nitor carceris carnifex pretoris mors terror
que sociorum. Eadem fere ratio minuendi est.
nam totidem sunt ascendentibus quot descē-
dentibus gradus. Cicero pro rullo pauci tamen
qui proximi astiterant nescio quid illum de
lege agraria uoluisse dicere suspicabantur.
quod si ad intellectum referas minutio est.
si ad obscuritatem incrementum.

Congeries

Minutio.

Cicero

De Generibus sententiarum.

Sententiam ueteres quod animo sentiret
uocauerunt. nam et iuraturi ex animi
nostri sententia et gratulantes ex sententia
dicimus. Sensus proprie corporis sunt. Sed
iam consuetudo tenuit: ut mente concep
ta sensus et sensa diceremus. Lumina in
clausulis posita sententias etiam uocamus.
has greci γνώμας uocant. Sententia aliquā
do ad rem refertur ut nihil est tam po
pulare quam bonitas. Aliquando ad personam

Sensus.
Sensa.

ut illa Domicij Aphri. princeps qui uult o Domicius. Apher.,
mnia scire necesse habetur, multa ignosce-
re. Nonnũq̃ simplex ponitur. nõnunq̃ subij-
citur ei ratio: ut in omĩ quidem certamĩe.
qui opulentior est etiam si accipit iniuriã.
tamen quia potest facere uidetur. nõnũq̃
duplex est: ut obsequium amicos, ueritas Terentius.,
odium parit. Nonnunq̃ ex diuersis: ut tã
deest auaro quod habet: q̃ quod nõ habet.
nonnũq̃ ex translatione a communi ad
proprium: ut medea apud Ouidium. Serua- Ouidius.,
re potui. perdere an possim rogas Vertit ad
personam cicero. Nihil habet cesar nec for- cicero.,
tuna tua maius q̃ possis ut: nec natura
melius q̃ ut uelis seruare q̃omplurimos.
In sententijs seruandum est. ne sint palã
false: ne sint dubie: ne uulgares, aut aucto-
ritatem habeant: et pondus dicentis perso-
na confirmet. pertinet nõ modo ad probã-
dum: sed ad ornandum sententia. Quorũ
igitur impunitas. cesar tue clementie la-
us est. Eorum te ipsorum ad crudelitatẽ
acuet oratio. Additur enim ἐπιφόνεμα Cicero.,
.i. rei narrate summa insultatio: uel aclama-
tio: ut facere enim probus adolescens pe-
riculose: q̃ perpeti turpiter maluit. Senten-
tentia nec nimis crebra placet: nec nimis
rara. Quod igitur inter utrunq3 erit, ser-
uabimus. Quare licet lumina illa extra-
re uideantur: tñ non flãme: sed scintillis

inter fumum emicantibus similia sint. q̇
non apparent ubi tota fulget oratio: ut
in sole sidera ipsa desinunt cerni. Denuq;
sententię lumina sint totius orationis: et
ueluti oculi eloquentię: sed neq; oculos
toto corpore ēē uelim: ne cetera membra
officium suum perdant. De Tropis.

Tropus quem ueteres motum appellarũt.
est uerbi uel sermonis a propria signi-
ficatione in aliam cum uirtute mutatio.
huius speties sunt plures. nam alii signi-
ficationis gratia: alii dacoris assumuntur.
et alii in uerbis propriis. alii in translatis.
Incipiemus ergo a pulcherrimo ac freq̄n-
tissimo: quam greci μεταφορὰ nostri trā-
slationem uocant. Trāsfertur ergo nomen
aut uerbum ex eo loco in quo primum
erat. in eum in quo aut proprium deest.
aut translatum proprio melius est. id fa-
cimus, aut neccessitate: ut rustici gemi-
nare uices. Quid enim diceret melius:
et sitire segetes: et fructus laborare neces-
ssitate. Nos durum hominem: aut asperũ.
non enim proprium nomen erat quod
daretur his affectibus: aut significandi g-
ratia: ut incensum ira, inflamatum cu-
piditate: errore lapsum. aut ornatus[?]
causa: ut lumen orationis generis clari-
tatem, concionum procellas: eloquentię
fulmina. Cicero fontem glorię clodium

Cicero.

uocat: et segetem: ac materiam. Quędā
parum spetiosa dictu per hac explicantur Virgilius
ut sulcos oblimet inertes. Difert a compa-
ratione: quod illa comparatur rei quam
uolumus exprimere hec pro ipsa re di-
tur: cum dico hominem fecisse ut leonē
comparatio est. Translatio autem si dico
de homine leonem. Modicus atque opportu-
nus eius usus illustrat orationem. freqns
obscurat: et tedio complet. Continuus uō
in allegoriam: et enigmata exit optime
cicero ne sint deformis translatio preci- Cicero.
pit: ut castratam morte aphricani rem
p. et stercus curię glauciam. Ne etiam
sit dura: et longa similitudine ducta.
ut capitis niues. nam poetis qui omnia
ad uoluptatem referunt. maior uertendi
licentia conceditur. non enim dixerim
pennis remigare uolucres. licet Virgilius Virgilius.
in apibus et de dedalo spetiosissime sit
usus cιωεχδοχὴ sermonem uariat: ut
ex uno plures intelligamus: parte totum.
Spetie genus: precedentibus sequentia.
Quę omnia liberiora poetis q̄ oratoribus sꝰ
nam prosa ut mucronem pro gladio et te-
ctum pro domo recipit. Ita non puppim p
naui: nec quadrupedem pro equo. Maxime
in orando ualet numerorum libertas. nā
Liuius sepe dicit. romanus prelio uictor. Liuius.
cum romanos uicisse significat: et cicero Cicero.

e contrario populo inquit imposuimus. et ora
tores usi sumus: cum de se tm̄ loqueretur. Ali
ud etiam ex ea intelligimus: ut aspice aratra

Virgilius.

iugo referunt suspensa iuuenci. Vnde appa
ret noctem appropinquare. Sed nescio an
oratori conueniat: nisi in argumentando
nec procul ab hoc genere discedit μετω
νυμία que est nominis tropus. nomine
posito cuius uis est pro eo quod dicitur

Cicero.

causam intelligere. Sed hanc cicero hypa

Virgilius.

lagen uocat. ut cererem corruptam undis.
uulcanum pro igne uulgo dicimus. et ua
rio marte pugnatum. et uenerem ꝓ coitu.
Sic etiam continens pro eo quod continet
ut benemoratas urbes. poculum epotum. fe
lix seculum. huic contrarium soli poete

Virgilius.

ponunt: ut iam proximus ardet Vcalegon
nisi forte a possessore quod possidetur: ut
hominem deuorari dicimus. cum patrimo
nium consumitur. Illud poetis et oratori
bus commune cum ex eo quod efficitur
qui efficit ostenditur: ut pallida mors. et

Virgilius.

pallentes habitant morbi, tristisque senectus
et orator precipitem iram, hilarem adole
scentiam. segne ocium dicit. ἀντωνομα-
σία que epitheton uel aliquid aliud pro
nomine ponit. poetis magis concessa: ut di

Virgilius.

uum pater atque hominum rex: et ex fa
ctis quibus persona signatur. oratoribus nō
nunq̄ concessa. nam quāuis nō tytidem:

nec pelidem.

nec pelidem dicant euersorem Karthaginis atque
numantie pro Scipione et romane eloquentie
principem pro cicerone ponunt ὀνοματοποιΐα
i. ficto nominis a graecis inter summas uirtutes
habetur nobis uix permittitur illa autem que
πεποιημένα dicuntur aliquando nobis concessa
sunt dicimus enim laureatos pro his qui lauro
coronantur et similia κατάχρησις que abusio
dicitur non habentibus nomen suum accomo-
dat quia in proximo est ut parricida pro fr-
atris aut matris interfectore hanc quidam
uolunt etiam esse cum temeritate uirtus. pro
luxuria liberalitas dicitur μετάληψις i. tran-
sumptio que ex alio tropo in alium ueluti
uiam prestat. apud grecos frequens est apud
nos in raro usu ἐπίθετον quod recte dicimus
appositum poetarum quam oratorum frequentiori
est usu. illis enim satis est ut albi dentes hu
mida uina apud oratores autem nisi aliquid
efficitur redundat cum aliquid agit, exornat
ut, o scelus adhominandum o deformem libi
dinem ἀλληγορία quam inuersione dici
mus. aliud uerbo aliud sensu ostendit. ut a
pud Oratium, o nauis referent mare in no Oratius.
ui fluctus te. o quid agis fortiter occupa por
tum. nauim pro bruto, tempestatem pro
bellis ciuilibus, portum pro pace dicit. Tale a Virgilius.
pud Virgilium. Sed nos immensum spacij
confecimus equor. hec cum obscurior est
dicitur. ut dic quibus in terris et Virgilius.

erit mihi magnus appollo. Tris pateat celi sp
acium nō amplius ulnas. εἰρωνεία est in eo
genere quo contraria ostenduntur hanc illu
sionem uocamus: que fit aut pronuntiatio
ne: aut persona: aut rei natura. Cicero uer
Cicero. res pretor urbanus homo sanctus. idem in
clodium, integritas tua te purgauit. περι
φρασις est circuitus loquendi necessarius. nō
nunquam in re turpi. ut Salustius Reliqua sunt
Salustius. nature intima. Apud poetas frequens est
Virgilius. ut Tempus erat cum prima quies mortali
bus egris. Apud oratores nō astrictior: que
cum decorem habet perifrasis dicitur; cum
autem incidit in uicium περισσολογία;
ὑπερβατον i. uerbi transgressionem: quoniam
frequenter ratio comparationis et decor
poscit. non immerito inter uirtutes habe
mus. Verum cum duobus uerbis fit ἀναστρο
φὴ dicitur: ut mecum tecum quibus de
rebus Cicero animaduerti iudices omne
Cicero. accusatoris orationem in duas diuisam esse
rectum erat. poete liberalius faciunt: ut
Virgilius. septem subiecta trioni ὑπερβολὴ est super
iectio audatioris ornatus. (partes nam in du
as partes diuisam esse) que fit aut plus
facto: ut uomens frustris esculentis gre
cicero. mium suum et totum tribunal impleuit.
et gemini quod minantur in celum scopuli.
aut res per similitudinem attollimus: ut
credas innare reuulsas Cycladas: aut per cō

Virgilius.

parationem. ut fulminis ocior alis aut si
gnis quasi quibusdam. Illa uel intactę se
getis per sūma uolaret. Gramina nec tene-
ras cursu lesisset aristas. uel translatione.
ut idem ipsum uolare. crescit hyperbole
aliquando alia superaddita. Cicero in An- Cicero.
tonium que carybdis tam uorax. caryb
dis dico. quę si fuit. fuit animal unū.
oceanus medius fidius uix uidetur tot
res. tam dissipatas. tam distantibus in lo-
cis positas. tam cito absorbere potuisse.
Similia sunt gnā minuendi. ut uix os
sibus herent. Quamuis hyperbole omnis Virgilius.
ultra fidem sit. nō tamen omnino mo-
dum transcendere debet. nō enim alia
uiā magis itur in κακοζηλίαν. satis igitur
sit mentiri hyperbolen. nec ita ut menda
cio fallere uelit. Intuendum enim est
quousq; deceat ne res ad risum perue-
niat. et nomen stultitie assequatur.

Explicit octauus. Incipit nonus.

Quo differant figure a tropis.


RIstarchus. et alij nonnulli tropis fi- VIIII.
gurarum nomen imponunt quod
utrisq; usus idem sit. nam et uim rebus
adijciunt. et gratiam prestant. Sed quis
in eis similitudo sit manifesta. tamen
inter se differunt. Est igitur Tropus sermo Tropus.
a naturali et principali significatione trā-
slatus ad aliam ornande orationis grā.

Vel ut plerique grammatici finiunt dictio ab eo
loco in quo propria est translata in eum in
figura. quo propria non est. Figura autem sicut no
mine patet est confirmatio quedam orationis
remota a communi et primum se offerente
ratione. Illud tamen tenendum est coire fre
quenter in easdem sententias tropum et fi
guram. Figura hoc loco est quod proprie sce
ma dicitur. In sensu uel sermone aliqua a
uulgari et simplici spetie cum ratione mu
tatio unde orationem aliam ἀσχηματιστον
i. carentem figuris quod uicium non inter
minima est. Aliam uero ἐσχηματισμένην appellat
i. figuratam. Sit igitur figura arte aliqua no
uata dicendi forma que aut mentis est i.
διανοίας aut uerborum i. λέξεως. Nam
ut omnem orationem ita figuras uersari
necesse est in sensu et uerbis. Quare sicut
natura prius est concipere animo res quam enun
tiare. ita de figuris ante loquendum est
que ad mentem pertinent. mox de illis que
ad uerba.

De figuris sententiarum

Lumina seu figure adeo sunt uirtutes
orationis ut sine his pene nihil agat
oratio. Quid enim ageret detractis ampli
ficandi minuendique rationibus. Quarum
prior ἔμφασις desiderat illam plus quam di
xeris significationem et superlationem ue
ritatis ac traiectionem. Altera extenuatio
nem et deprecationem. Motus est in his

orationis atque actus quibus detractis iacet o
ratio ueluti corpus sine spiritu. Sunt tamen
disponenda et uarianda quod in cantu et fi
dibus fit ut auditorem mulceant. Verum
hec plerumque recta sunt nec se fingunt. Ali
quando admittunt figuras: ut fit in per con
tatione. Nam simpliciter sic interrogamus.
Sed uos qui tandem quibus aut uenistis ab Virgilius.
oris. figuratum autem erit quotiens non sciscitandi gratia assumitur. sed instandi ut quo
usque tandem abutere catilina patientia no Cicero.
stra et patere tua consilia non sentis? Inter
rogamus etiam quod negare non posset.
Dixit ne causam C fidiculanius aut ubi
difficilis respondendi ratio est. ut quomodo?
Quid fieri potest? Aut inuidie gratia: ut
medea apud Senecam quas peti terras iu Seneca.
exercent namque inuentionem et dispositi-
onem: et eis quasi lectiore pabulo fecun-
dia alitur: atque enitescit: et assidua contē-
tionum asperitate fatigata renouatur.
historię scriptio: et dialogorum in parte
exercitationis ponenda est. carmine et
aliquando ludedere prodest. Ideoque mi-
hi uidetur M. Tullius tantum eloquen- Cicero
tię lumen intulisse: qđ per omēs hos stu-
diorum secessus excurrerit Vtile est fre-
quenter spectare certamen: cui destina-
mur et stilo componere easdem causas
quas agi audiuerimus: ut Brutus pro Brutus
milone fecit. Melius hoc est q̄ rescribere
ueteribus orationibus: ut Cestius fecit Cestius
contra Ciceronis orationem pro milo- Cicero
ne: cum alteram partem satis nosse nō
posset ex sola defensione., De cogitatiōe

Cogitatio nō subito aut cito paratur.
nam primum facienda est forma
multo stilo que nos etiā cogitantes sequatur.

cum assumendus usus paulatim: ut pauca primum animo complectamur que reddi fideliter possint: mox per incrementa tam modica ut onerari se labor ille nō sentiat. Augenda deinde usu: et exercitatione multa continenda: qua quidem maxima ex parte memoria cōstat. Cicero metrodorum sceptrum et emphylum rhodium: et nostrorum hortensium tradidit: que cogitauerunt ad uerbum retulisse. Sed hoc exercitationis genus ita instituendum est: ut digredi ex eo et regredi in id facile possimus. Quare cogitatio in hoc preparetur: ut nos fortuna decipere nō possit sed adiuuare. Id aūt fiet memorie uiribus ut illa que complexi animo sumus fluant secura nec solicitos et respicientes ac una spe recordationis suspensos non sinant prouidere. Alioquin uel extemporalem temeritatem malo q̄ cogitationem male coherentem. Peius enim q̄ritur retrorsum: nam dum illa desideram⁹ ab aliys auertimur.

Quemadmodum extemporalis facilitas.

Dicere ex tempore studiorum est maximus fructus: quē qui nō erit cōsecutus ciuilibus officiys cedat et solam scribendi facultatem sequatur ut igitur hunc consequamur primo tenenda sunt omnia artis precepta et diligenter quidem animo per censenda. Deinde optimi sermōis copia multo studio diligentia ac fideli

Cicero.

stilo paranda.

stilo paranda est ut scriptorum colore que subi
to effunduntur reddant Consuetudo enim et
exercitatione facilitatem parant ut que pro
xima dicimus ulteriora struere possimus semp
q3 nostram uocem prouisa et formata cogita
tio excipiat. Intentio longe precedat oportet.
et pre se res ipsas agat. ut quantum dicēdo
consumitur tantum ex ultimo prorogetur.
est enim usus quidam irrationabilis quem
greci uocant ἄλογον τριβὴν qua manus in
scribendo decurrit qua oculi totos simul
in lectione uersus intuentur et ante sequē
tia uident q̄ priora dixerint. sed hic u
sus ita proderit si ars antecesserit. et id
qd in se rationem non habet in ratione
uersetur. capiende sunt rerum imagines
quas uocant φαντασίας omniaq3 de qui
bus dicturi sumus habenda in oculis et
in affectus recipienda pectus enim ē quod
disertos facit et uis mentis ideoq3 imperi
tis si aliquo affectu sunt concitati uerba
non desunt. Pudor stimulos habet et di
ctorum spectata laus. hanc felicitatem di
cendi ex tempore nō modo in prosa mul
ti consecuti sunt sed etiam in carmine.
ut Antipater sydonius et licinus archias
ut cicero refert s3 maiore studio cōti
netur hec facultas q̄ paratur. Nam stilus
si paululum admodum intermittitur. de
celeritate deperdit. Igitur sola exercitatio
ne continetur hec facultas,

Antipater.
Archias
Cicero

Explicit liber decimus. Incipit Vn-
decimus. De Elocutionis modestia.

ELocutionem qui nosse uelit: ante omnia
sciat quid iudici conciliando docendo:
mouendoque conueniat. quid quaque parte o-
rationis petamus. Ita nec uetera: aut trāsla
ta: aut ficta uerba incipiendo, narrando
argumentando tractabimus. Neque decurrē-
tis contexto nitore circuitus: ubi diuiden-
da erit causa: neque humile nec quottidi-
anum sermonis genus et compositione
dissolutum epilogis dabimus: nec iocis la-
crimas: ubi opus erit miseratione siccabi-
mus. Nam ornatus nō tam sua: q̄ rei cui
adhibetur conditione constat: nec plus re-
fert quid dicas: q̄ quo loco. Is igitur apte
dixerit qui nō solum quid expediat: sz
etiam quid deceat inspexerit: quod indi-
cauit Socrates: cum Lysias orator defen
sionem sibi scriptam obtulisset: qui uti
ea noluit: cum bonam quidem: sz parū
sibi conuenientem iudicasset. Noluit sū-
misso defensionis genere quo conciliaret
animos iudicum crimenque solicite de-
precaretur uti: qđ id minime eum de-
cebat. Sed sic egit: ut qui poenam suā
honoribus summis existimaret. Maluit uir
sapientissimus: qđ superesset ex uita sibi
perire: q̄ qđ preterisset: et quando ab
hominibus sui temporis parum intelli-
gebatur posterorum se iudiciis reseruauit

Socrates.
Lysias.

breui detrimento ultime senectutis omniu
seculorum euum consecutus. quo solo ex-
emplo patet nō persuadendi sꝫ bene dicē-
di finem in oratore seruandum. Vitan-
da est iactatio sua. affert enim audienti-
bus non solum fastidium: sed odium
habet quidem mens humana sublime
quodam et ereptum impatiēs superioris.
Ideo summittentes se libenter alleuamus.
quia id facere tāq̄ maiores uidemur: et
quotiens discedit emulatio: succedit hu-
manitas. proinde detrahere nobis potius
q̄ arrogare debemus: ut facit cicero. Si Cicero
quid est in me ingenij iudices quod sen-
tio q̄ sit exiguum. et sic etiam contra ce-
lium Ab alijs ergo laudemur: nam ipsos
ut Demosthenes ait, erubescere decet: Demostenes
cum ab alijs etiam laudamur: et cū de
nobis dicendum erit modestia orationis
inuidiam superemus: ut cicero cum de Cicero.
oppressa coniuratione catiline dicit. mō
id uirtuti senatus. mō prouidentie deo-
rum assignat. plerūq; contra inimicos:
atq; obtrectatores plus licet. Sed ut in-
decora iactatio est. ita nonūq̄ confidē-
da fiducia. Cicero. nec me contemptum Cicero.
uideo in uita: nec in gratia: nec in re-
bus gestis: nec in hac mea mediocritate
ingenij: et paulo post apertius. an decer- Cicero.
tare mecum uoluit contentione dicēdi

hoc qd est beneficium quid enim plenius
quid ulterius: quid mihi pro me et contra
Antonium dicere Arrogantes et illi qui se
iudicasse de causa dicūt inuiti quidē iudi-
ces audiunt: presumentes partes suas Hec
id oratori contingere potest inter aduer-
sarios qd pythagore inter discipulos ipse di-
pythagoras. xit humiliora illa uitia sumissa adulatio:
affectata scurilitas in rebus ac uerbis parū
modestis ac pudicis nulus pudor In omni
negocio negleta auctoritas que fere acci-
dunt his qui nimium aut blandi aut ri-
diculi esse uolunt. Genus ipsum eloquētie
alias aliud decet. Nam iuuenibus plenū
ereptum: audax; preecultum conuenit. Se-
nibus autem pressum mite limatum a[?]a-
le intelligit cicero cum dicit orationem su-
Cicero. am cepisse canescere Iucundissima in o-
ratore humanitas facilitas moderatio be-
neuolentia. Bonum uirum decet malos o-
disse. publica uoce commoueri. Vltum ire
scelera et iniurias: et denique quicqd ho-
nestum est. In accusationibus hoc agendū
est: ne ad eas libenter descendisse uideam̄
Cicero ut cicero facit in Verrem. Quę asperiore
dicenda sunt oratione molliantur: ut ci-
cero facit in causa cluentij nauiti. Nam
Cicero. primum nō oblitus est reuerentie que
parentibus debetur. Deinde ostendit q̄ id
qd erat in matrem dicturus nō opteteret

modo fieri sed etiam necesse esset. fecitque nomen
parentis non filio inuidiosum. Sed ipsi inquam
dicebatur: et sic in omnibus propinquitatibus
custodiendum est: ut inuiti et necessario et
parce iudicemur dixisse. magis autem aut mi-
nus ut cuique debetur reuerentia. prestatur
hoc aliquando dignitatibus et libertatis nostre
ratio redditur: ne quis nos aut petulantes a-
ut ambitiosos putet in ledendo Vnde cicero Cicero
quamquam erat in Costam grauiter dicturus neque a-
liter agi .p. opii causa poterat: longa tamen
prefatione excusat officii sui necessitatem.
Aliquando etiam inferioribus et precipue a-
dolescentibus parcere decet: qua moderatione
Cicero pro celio contra attratinium utitur. Cicero
Commune remedium est ut ea que ledunt
non libenter tractare uidearis. detrahit inui-
diam rei uerborum moderatio ut si asperum
dicas nimium seuerum iniustum persua-
sione labi. pertinacem ultra modum tena-
cem esse propositi uelut ipsos conemis rati-
one uincere: quod est mollissimum, De Memoria

Memoria non inmerito thesaurus eloquen-
tie dicitur que quamquam munus nature tamen
excolendo augetur: sicut alia omnia. Subest
enim quedam ars qua quidem natura ip-
sa adiuuatur. plato memorie usum littera- plato
rum asserit: quando illa que in scriptis re-
posuimus: uelut custodire desinimus et ip-
sa securitate demittimus. Cuius artem primus

Symonides
Cicero

dicitur ostendisse Symonides quā ordīe constare animaduertit ut ex eius fabula constat quā cicero in libro de oratore explicat ex qua quidem perspicuū est iuuari memoriam signatis animo sedibus nam cum in loca aliqua post tempus reuersi sumus nō ipsa agnoscimus tantum sed etiam que in his fecerimus reminiscimur. personeq subeunt et tacite cogitationes in mentem reuertuntur. loca maxime spatiosa fingunt ut puta magnam domum uarietate signatam et in multos deductam recessus in ea quicqd nobile est animo diligenter affigunt ut sine cunctatione omnis cogitatio percurrat. Tum que scripserunt aliquo signo quo moueantur notant qd ēē uel ex re tota potest ut de nauigatione militia uel de uerbo aliquo. nam unius admonitio uerbi plura in memoriam refert. Nauigatiōis ut anchora. Militie ut galea. hoc facto cum est repetenda memoria incipiūt ab initio loca hec primū recensere et qd cuiq credidere reposcunt et eorū imagine admonentur. Quod de domo dixi et in operibus publicis et in longo itinere ut urbium ambitu et picturis fieri potest. Opus ergo est locis ut ait cicero multis illustribus explica-

Cicero

tis notis intervallis: imaginibus acribus autem insignitis: que occurrere celeriterque percurrere animum possint. Metrodorus si verum est in duodecim signis: per que sol meat: tricenos et sexagenos invenit locos. plurimum memorie prodest bonam valitudinem habere: et digestum cibum: et animum aliis cogitationibus liberum. prodest exercitatio. divisio. et compositio: nam qui recte diviserit: numquam poterit in rerum ordine errare. An non Sceuola in lusu duodecim scriptorum: cum prior calculum promovisset esset que victus: dum ostendit repetito totius certaminis ordine: quo dato errasset: recordatus rediit ad eum: quo cum luserat. hisque ita factum esset confessus est. minus ergo ordo valebit in oratione. presertim totus nostro arbitrio constructus. nam sicut facilius versus quam prosam discimus: ita per se iuncta quam dissoluta. Maxima mihi pars memorie videtur: quam conficit exercitatio: et labor multa quotidie discendo et cogitando. Nihil eque vel augetur cura vel negligentia intercidit: quam memoria. poetica igitur prius discamus: tum oratoria. deinde que solutiora: et ab usu dicendi remotiora sunt. Ut enim Athlete ponderibus assuefaciunt manus: quibus

Metrodorus

Sceuola

uacuis nudisque in certamine utantur. Sic nos di
fficilioribus consuescamus, quo faciliora expedi
tius recitemus. Recenti memorie non tuto cre
dendum est. Nox siquidem interposita pluri
mum firmitatis affert. Quantum memoria
natura et studio ualeat Themistocles testis est.
quem unum intra annum optime locutum
esse persice constat. et Mitridates cui duas et
uiginti linguas quibus imperabat notas fuis
se asserunt. Crassus etiam diues cum Asye pre
esset quinque greci sermonis differentias op
time didicit. Cyrus omnium militum qui
in eius exercitu erant nomina tenebat. Theo
dectes quoque semel auditos quamuis multos uer
sus protinus dicitur reddidisse. De pronuntiatione.

Pronuntiatio a uoce. Actio a gestu dicitur.
Idem tamen he due res apud Cicero
nem significant. nam uox decora et congru
ens actus maximam uim habent in orato
ria. quod quidem Demosthenes probauit. nam
interrogatus quid esset in toto genere di
cendi primum pronuntiationi palmam dedit.
eidemque secundum ac tertium locum do
nec ab eo queri desineret. ut eam uideri
posset non precipuam sed solam iudicasse. ideo
quod ipse tam diligenter apud Andronicum
hypocritem huic rei operam dedit. et Cice
ro in dicendo unam actionem domina
ri putat. hac C. M. Lentulus plus opinionis
consecutus est quam eloquentia. eadem C. Gra

Themistocles
Mitridates
Crassus
Cyrus
Theodectes
Cicero
Demosthenes
Andronicus
Cicero
Lentulus

chus in deflenda fratris nece totius populi R. lacrimas concitauit. In hac plurimum ualuit hortensius adeo ut sua placerent audientib. legentibus aut longe inferiora uisa sunt. Omnis actio in duas partes diuisa est. Vocem et gestum: quorum alter oculos. altera aures mouet. per hos duos sensus omnis affectus ad animum penetrat. In uoce prima obseruatio est. qualem habeas. Secunda quo utaris. Natura uocis spectatur quantitate et qualitate. Quantitas aut grandis aut exigua est: aut media. Qualitas uaria natura. aut candida. aut fusca. plena. exilis. lenis. aspera. contracta. dura. fusa. flebilis. clara. obtusa. Vtendi uoce multiplex est ratio. habet primo tripartitam differentiam. ut acuta grauis. et flexa sit. tum intentis: tum remissis. tum inflatis: tum inferiorib. modis opus est. et spatiis lenioribus. aut citacioribus. Augetur uox. bona cura: sic neglegentia minuitur. hanc frugalitas nutrit: luxuria aut obscurat. Vocem deliciis non molliamus. ne ea consuetudine imbuatur: quam desideratura sit. sed exercitatio eius talis esse debet: qualis usus. ne silentio subsideat: sed consuetudine firmetur. Dicemus igitur quotidie sicut agimus. hoc enim modo non tantum uox confirmetur et latus. Sed etiam corporis decoris. et orationi accommodatus motus componitur. Eadem ratio p-

C. Gracchus.

hortensius.

De Voce

De pronũtiatiõe.

nuntiationis est que orationis: nam ut illa
emendata, dilucida, ornata, et apta ēē de-
bet Sic hec emendata erit .i. uicio carebit.
Si fuerit os facile explanatum iucundum
urbanum. Sono enim homines ut era tin-
nitu dignoscimus. Dilucida erit pronun-
tiatio: si uerba tota exegerit: nec partē
deuorabit partem destituet Sunt qui extre-
mas syllabas relinquant: dum prioribus in-
dulgent. Molestum tamen et odiosum esset
omnes litteras computare: et uelut annu-
merare. Ideoq; laudatur in Catullo sua-
uis appellatio literarum. Debet deinde ēē
distincta ut incipiat ubi oportet: et sic de-
sinat. Obseruandum etiam quo loco susti-
nendus et quasi suspendendus sit sermo:
quod greci ὑποδιαστολην ut ὑποστιγμην
uocant: ut arma uirumq; cano: quia illud
uirum ad sequentia pertinet: ut sit ui-
rum troie qui primus ab oris: et hic i-
terum nam etiam si aliud est, unde ue-
nit: q̃ quo uenit. nõ distinguendum tñ.
quia utrumq; eodem uerbo continetur
uenit Tertio in italiam: quia interiectio
est fato profugus: et continuum sermo-
nem: qui faciebat italiam, lauinaq; uenit.
littora, diuidit ob eamq; causam quarto
profugus deinde lauinaq; uenit littora.
ubi iam erit distinctio: quia inde alius in-
cipit sensus. Sed in ipsis distinctionib; tpus

Catulus.

Virgilius.

alias breuius alias longius dabimus. Interest
enim sermonem finiat: an sensum. itaque il-
iam distinctionem littora, protinus altero
initio spiritus insequar. cum illuc uenero
atque altę moenia romę deponam et mora
bor et nouum rursus exordium faciā. or-
nata est pronuntiatio. cui suffragatur uox
facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dul-
cis, durabilis, clara, pura, stans et auribus
sedens. huic assit lateris firmitas; Spiritus
cum spatio pertinax: qui nec labori facile
cedat: sonus nec grauissimus: nec accutissi-
mus orationi conuenit. nam parum clarus
est ille nimium quam plenus. nullumque animis
motum afferre potest. his autem pretenuis
immodice claritatis est. nec flecti potest.
nec diutius ferre intentionem. Nam uox
ut nerui quo remissior: eo grauior, ple-
niorque est: quo tensior tenuis magis et a-
cuta. Sic una uim nō habet. Sūma rumpi
periclitatur. Mediis ergo utendum ē sonis
qui et excitari et summitti facile possunt.
prima obseruatio recte pronuntiandi est
equalitas. ne sermo subsultet. Secunda
uarietas. Nec equalitas et uarietas pugn-
ant. nam illi inequalitas contraria est. hu-
ic aūt ea que dicitur ἀνωμαλία qua-
si quidem unus aspectus. Vitanda est una
quędam spiritus ac soni intensio: quā gre-
ci μονοτονίαν appellant. Dicendum ē eti

ut uerborum ac sententiarum natura postulat
ut qui singulis pingunt coloribus: alia tamē
eminentiora: alia reductiora faciunt: sine
quo ne membris quidem suas lineas dedis-
sent. In membris siquidem orationis pro af-
fectu rei: et in singulis articulis uarietate ꝓ
nuntiandi utendum est: sine qua nihil nec
maius: nec minus esset. Os promptū eē de-
bet non preceps. Moderatum, nō lentum. Spi-
ritus quoqꝫ nec crebro receptus concidit
sententiam: nec eo usqꝫ tradatur, donec de-
ficiat. Longiorem dicturi periodum collige-
re debemus spiritum: ita ut nec sonus fi-
at: nec manifesto cernatur. Optime in iun-
cturis colligitur. Exercendus est spiritus
ut sit longissimus. quod ut efficeret Demo-
sthenes scandens in aduersum continuabat
quam posset plurimos uersus: et quo faci-
lius uerba libero ore exprimeret, calculos
lingua uoluens, domi dicere solebat. Apta
pronuntiatio erit: que his: de quibꝫ dici-
mus, accomodabitur: qđ quidem maxīa
ex parte prestat animorū motus, et affe-
ctus: qui si ueri sunt naturaliter erumpūt.
sine arte aliqua: ut dolentium: irascentiū:
indignantium. Qui uō finguntur imitati-
one artem habent. carent tamē natura.
In his primum bene affici debemus: et cō-
cipere imagines rerum: et tāq̄ ueris moue-
ri. Ideo uox letis in rebus plena, simplex et

Demosthenes.

hilaris fluere debet. At in certamine erepta totis uiribus. et uelut omnibus neruis intenditur. Atrox in ira et aspera, ac densa: et respiratione crebra. non enim longus spiritus esse debet qui immoderate funditur. In blandiendo, fatendo, satisfaciendo, rogãdo, leuis et sumissa. Suadentium, monentiũ, pollicentium: et consolantium grauis. In metu ac uerecundia contracta. Adhortantib; fortis. Disputantibus teres. In miseratione flexa: et flebilis: et quasi obscurior. In ingressionibus fusa et secure claritatis. In expositione ac sermonibus recta: et inter acutum et grauem sonum media. Attollitur autem concitatis affectibus compositis descendit pro uniuscuiusq; natura modo altius: mõ flexi?.

Gestus in oratione satis momenti habet: nõ enim solum manus: sed nutus ipse nostram uoluntatem declarat: quod in mutis cernitur: in quibus gestus pro sermone sunt: et salutatio sine uoce frequenter intelligitur. Decor quidem a gestu: atq; motu proficiscitur. Quo circa Demosthenes grande quodam intuens speculum componere actionẽ solebat. Caput sicut in corpore ipso: sic in actione precipuum est. quod rectum secundũ naturam esse debet. Nam deiecto humilitas: supino arrogantia. In latus inclinato barbaria quedam mentis ostenditur. Tum accipiat aptos ex ipso sermone motus: et cum

Gestus.

Demosthenes.

De capite.

gestu concordet et manibus ac lateribus
obsequatur. Aspectus enim semp̄ eodem uer-
titur: quo gestus exceptisq; aut damnare
aut concedere: aut a nobis remouere o-
portebit: ut idem illud uultu uideamur
aduersari: et manu repellere. Ut dii talē
terris auertite pestem: et ut. haud eqde;
tali me dignor honore. Vultus maxime
De Vultu. dominatur: et sepe totam orationem indi-
cat. eo nanq; supplices, minaces, blandi, tri-
stes, hilares, erecti, summissiq; sumus. hunc
spectant ante q̄ dicimus: et quasi mentis
nostrę concipiunt affectus. In ipso plurimū
ualent oculi: qui indices quodammō aĩ
sunt. nam hilaritate enitescūt: tristitia
nubilosi. In his sunt lacrimę: quę aut
erumpunt dolore: aut letitia manāt. In
motu uō intenti, remissi, superbi, torui, mi-
tes, asperiq; fiunt: et ut actus poposcerit, fin-
guntur. Rigidi, extensi, languidi, torpentes,
stupentes, lasciui, mobiles, natantes uolup-
tate suffusi, uenerei, limi, poscentes, pollicē-
tes ue aliquid. nam compressos in dicendo
quis nisi rudis aut stultus habet? hęc o-
mnia exprimenda in palpebris et in ge-
nis sunt. Multum etiam supercilijs agitur.
nam et oculos formant: et fronti impant.
Sanguis etiam mentis habitu mouetur.
Nam uerecundia effunditur in ruborē.
metu refugit et pallor sequitur: temperat⁹

serenum efficit. Vitium in superciliis est: si a
ut immota: aut nimium mobilia: aut inę
qualia sunt. Naribus, labrisque uix quicquam de
center ostendimus. tam et si derisus, contē
ptus, fastidium significari solet. Emuncto
frequenter reprenditur. et sic cum labra
male porriguntur: et astringuntur: deducū
tur: dentes nudant: ad aurem trahūtur:
replicantur, pendent, et uocem tantū alte
parte dimittunt. Lambere quoque ea, et mor
dere, deforme est. In exprimendis uerbis
modicus eorum sit usus. ore enim magis
quam labiis loquendum est. Ceruicem rectā
oportet esse nō rigidam: aut supinam. Col
lo tenso subest labor: et uox tenuatur. Af
fixum pectori mentum minus claram uo
cem et quasi latronem presso gutture fa
cit. Humerorum raro decens alleuatio
aut contractio est. gestum si quidem hu
milem: et seruilem: et fraudulentum fa
cit: et habitum adulationis ostendit. Bra
chii moderata sit porrectio. remissis hu
meris: et explicatis in proferendo digitis.
at cum speciosius: quid uberiusque dicen
dum sit: ut illud saxa atque solitudines uo
ci respondent. Excipiatur in latus: et ipsa
quodammodo gestum fundat oratio. Manus
uero sine quibus esset actio trunca, ac debi
lis uix dici potest quot motus habeant.
cum pene ipsam uerborum copiam persequantur.

De brachiis
Cicero

Nam cetere partes loquentem adiuuant. he pro
pe loquuntur. his nanque poscimus pollicemur
uocamus, dimittimus, minamur supplicamus,
abhominamur, timemus, interrogamus, nega
mus gaudium, tristitiam, dubitatioēz, cōfes
sionem, poenitentiam, modum, copiam nume
rum, tempus ostendimus. Cicero crassum di
cit optime usum digito: cum tres contracti
pollice premuntur. digitus ille explicari solet
in exprobrando et indicando: qui ex eo no
men accepit. Rursus optime precipit in li
bro de oratore his uerbis. Nulle argutie sīt
digitorum, nō ad numerum articulus ī cadēs.
trunco magis toto se ipse moderans et ui
rili laterum flexione. In pedibus obseruatur
status, incessio, prolatio. Cicero rarum inces
sum et non longum probat. Discurrere uō
et satagere ineptissimum est. Vrbane Flauius
a sophysta quodam interrogauit quot milia
passuum declamasset. Supplosionem pedis Ci
cero in contionibus aut incipiendis aut fi
niendis opportunam ait crebram aūt ineptā.
Cultus in oratore honestus, splendidus, uiri
lis sit: nam toga, calceus et capillus tam nimi
a cura q̄ diligentia reprehenduntur. princi
pio dicendi paululum spacij ad cogitandū
sumendum est. quod precipit Homerus Vli
xis exemplo: quem stetisse oculis in terram
defixis, imotoque sceptro ait priusq̄ illam e
loquentie procellam effunderet. Proemio

Cicero

Cicero

Cicero

Cicero.

De cultu

Homerus.

frequentissime lenis conuenit pronuntiatio. nihil enim gratius ad conciliandum uerecundia. uox moderata et gestus modestus ee debet motus laterum lenis eodem spectantibus oculis. Narratio uocem sermoni proximam acriorem sonum et simplicem frequenter postulabit. Probatio uariam et multiplicem actionem habet. Nam preponere partiri interrogare contradicere sermoni sunt proxima Argumentatio plerumque agilior et acrior esse debet et orationi congruentem postulat gestum. Egressiones leue dulces et remisse esse debent. ut raptus proserpine. sicilie descriptio. CN pompei laus. Epilogus si enumerationem habet desiderat quandam concisorum continuationem si ad placandos iudices est accomodatus lenitatem quandam si ad miseriam comouendam flexum uocis et flebilem suauitatem. hic fusca illa uox qualem cicero fuisse in Antonio dicit mire facit. Misericordia cum deprecatione demissior esse debet. In peroratione mire facit deficientis dolore et fatigatione confessio ut cicero pro milone. Sed finis sit: nec enim prelacrimis iam loqui possum. que similem uerbis debent habere pronuntiationem. hec omnia statura et mira spetie adiuuantur. Norit tamen se quisque nec tantum ex comunibus preceptis sed ex natura sua capiat consilium formande actionis. pronuntiatio uultuosa et gesticulationibus molesta. ac mutationibus uocis resultans merito reprehenditur. Videndum enim est ne dum actoris captamus elegantiam perdamus

Cicero

Cicero

Cicero

boni et grauis uiri auctoritatem.,

Explicit Undecimus. Incipit Duodecimus.

Non posse oratorem nisi uirum bonum esse.

.M. CATO.

Sit ergo nobis orator qui a .M. catone finitur uir bonus dicendi peritus. Nam si uis illa dicendi malitiam instrueret nihil sit publicis priuatisque rebus perniciosius eloquentia. Rerumque ipsarum natura in eo quod precipue homini indulsisse uidetur et quo nos a ceteris animantibus superasse non pares sed nouerca fuisset si facultatem dicendi sociam scelerum aduersam innocentie hostem ueritatis inuenisset. Nec enim tantum dico eum qui sit orator uirum bonum esse oportere sed ne futurum quidem oratorem nisi uirum bonum. Qui enim studio operis pulcherrimi uacare potest mens nostra nisi omnibus uitiis libera sit et si uir aliquis malus disertus umquam inueniretur nihilo tamen minus eum oratorem negabo. nam nec omnibus qui fuerunt manu prompti uiri fortis nomen concesserim quia sine uirtute intelligi non potest fortitudo An non tandem quandam uidetur finxisse

Virgilius.

Virgilius quem in seditione populi iam faces et saxa iaculantis animi moderatorem dedit. Tum pietate grauem ac meritis si forte uirum quem. Conspexere silent arreptisque auribus astant habemus igitur ante omnia uirum bonum post hec adiecit dicendi peritum Ille regit dictis animos et pectora mulcet.,

Moralem phylosophiam oratori necessariā esse.

OMnis honesti iustiq3 disciplina oratori per-
discenda est sine qua nec uir bonus nec
dicendi peritus esse potest. quod cicero plu- Cicero
ribus libris et epistolis testatur. dicendiq3
facultatem ex intimis sapientie faucibus
fluere affirmat Ideo q3 aliq̄diu precepto-
res eosdem morum et eloquentie fuisse
constat. Non tamē eum plane phyum ee
optarim: sed romanum quendam sapiē-
tem: qui nō secretis disputationibꝫ: sꝫ verū
experimentis: atq3 operibus uere ciuilem
uirum exhibeat. Euolueldi penitus aucto-
res sunt: qui de uirtute precipiūt. ut
oratoris uita cum scientia diuinarum
humanarumq3 rerum coniuncta sit. est
enim phya in partes tres diuisa naturalē
moralem rationalem: que tandem nō est
cum oratoris opere coniuncta. Age dyaleti-
ca seu malis disputatricem appellare q̄ u-
tilis est. finitionibus diuisionibus. compres-
sionibus. et resoluendis ambiguitatibꝫ que
ad tenuitatem sumpta uires suas nobis
suppetet: nam utilitate ipsa consumeret.
reperies siquidem quosdam in disputā-
do mire callidos. cum tñ ab illa cauilla-
tione discesserint. nō magis sufficere in
aliquo grauiore actu: q̄ parua quedam
animalia que in angustijs mobilia. campo
autem q̄ primū deprehendūtur. pars
illa moralis tota oratoris est. Nā de iusti-

peryclesAnaxagoras. Demosthenes. plato cicero

tia fortitudine abstinentia temperantia plurima dicit orator pars uero naturalis ulterrima est ad disputandum: et moralem in se totam continet nam si regitur prouidentia mundus administranda certe bonis uiris est res. p. si diuina nostris animis origo est tendendum ad uirtutem: nec uoluptatibus terreni corporis seruiendum. eiusmodi res sepe numero tractat orator. quod exemplo etiam constat nam perycles Anaxagoram in physica preceptorem. Demosthenes platonem. Cicero autem non tantum se debere scholis rhetorum quantum Achademie spatiis frequenter testatus est. Achademia utilissima oratori est: et quod probatissimos eloquentia uiros habet et quoniam in utramque partem disserit ad exercitationem forensium causarum proxime accedit. perypathetici studio quoque oratorio se plurimum iactant. Nam thesis dicere exercitationis gratia ab his institutum est. sed oratori nihil necesse est in cuiusquam iurare leges. sed facundissimum est. queque sibi proponet ad imitandum et rectissimam ad uirtutem uiam atque honestissima precepta deliget et exempla nostrorum hominum capiet. ad fortitudinem iustitiam fidem continentiam frugalitatem contemptum doloris et mortis. que sibi suppeditabunt. fabricii. curii. reguli decii: mutii aliique innumerabiles. quantum enim greci preceptis ualent: tantum romani quod maius est exemplis., Neciam iuris ciuilis scientia;

Iuris quoque ciuilis necessaria est oratori

scientia.

scientia et morum ac religionum eius rei. p.
quam cepisset. nam qualis esse suasor in consi
liis publicis priuatisue poterit, tot rerū quib
precipue ciuitas continetur ignarus. Quo a
utem modo se patronū causarum dixerit q
qd est in causis potissimum sit ab altero petitu
rus nec sum oblitus eorum qui uelut ad ar
culas sedent et tela agentibus subministrāt,
quod greci etiā faciunt. nomenq illis prag- pragmatici
maticorum datum est. sed loquor de orato
re cui omīa que profutura sunt, in causis
nota esse debent. qd nō difficile est. M. eiz Ca- .M. Cato.
to tum in dicendo prestantissimus fuit. tū
iure peritissimus et sceuole seruioq Sulpi- Sceuola
cio concessa est etiā facundię uirtus. M. quo- Ser. Sulpicius
q Tullius nō modo in agendo, nunq̄ sentētia .M. Tullius
iuris destitutus est. Sed etiā componere ali
qua de eo ceperat. ut appareat posse oratorē
nō discendo tantum iuri uacare. sed etiam
docendo., necessariam historię cognitionem

ABundare debet orator copia exemplo
rum tum ueterum tum nouorum, ut
nō modo conscripta in hystoriis ueluti per
manus tradita teneat. sed sermones et que
quotidie aguntur, noscat. et que a clariori
bus poetis ficta sunt non negligat. nam ab
eis preceptorum loco ficta creduntur. qd Ho- Homerus.
merus etiam testatur. que studia nobis pstāt
ut ad cogitationē rerum preteritis etiam se
culis uixisse uideamur.,

Que sint alia oratoris instrumenta

Hec sunt oratoris instrumenta: hec arma que ad manū habere debet. hec scientia succinctus sit. accedente uerborum figurarumque copia inuentionis ratione. Disponendi usu. Memorie firmitate: et actionis gratia. has plurimum adiuuat animi prestantia: quam nec metus frangat: nec acclamatio terreat: nec audientium auctoritas ultra debitam reuerentiā tardet. Nam ut abhominanda est confidentia temeritas. improbitas. arrogantia: sic cōstantia, fiducia, fortitudo laudanda. Vox latus. decor tm̄ ualent: ut frequenter famam ingenij faciant.

Quod sit incipiēdi cae tps

Agendi initium secundum uires cuiusque sumendum est: in quo quidem tenendus est modus: ne immatura sit frōs et acerbum illud proferendū atur: unde contemptus operis nascitur: et fundamēta impudentie iaciuntur: et preuenit uires fiducia: nec rursum differendum est tyrocinium in senectutem: nam quotidie crescit metus: maiusque fit qđ ausuri sumus. Decet igitur fructum studiorū uirilem et dulcem adhuc promi: dum uenia, species: et paratus est fauor: et audere nō deberet ut si qd desit operi suppleat etas. Cicero sex et uiginti natus annos. pro Sex. Roscio summis audientiū clamoribus dixit. et si quid tempori deerat senior dein̄ etas

Cicero

ut ipse fatetur addidit incipiat igitur a facili ac fauorabili causa deinde ad maiores proficiscatur. Cicero cum iam clarum meruisset inter patronos nomen in asia nauigauit et Apollonio miloni quem rhodi audiuerat rursus se formandum ac uelut recoquendum dedit. Tum dignum operae pretium uenit cum inter se congruunt praecepta et experimenta. De defensione reorum.

Cicero
Apollonius

In causis suscipiendis defendere reos quam facere malit uir bonus. Hec tamen rei p. aut officii gratia nomen acusatoris omnino formidabit sed non pene nocentium cupidus accusabit uerum emendandi mores uitiaque corrigendi gratia nam qui ratione traduci ad meliora non possunt solo metu continentur. Cauendum est ne fallamus uana spe litigantem ne ue iniusta scientes tueamur. patietur orator si res familiares ad usus necessarios exiget secundum omnium sapientium leges sibi gratias referri. cum et socrati collatum sit ad uictum. et Zenon cleantes et crysipus mercede a discipulis acceperint. Hec uideo que iustior aquirendi ratio fieri possit quam ex honestissimo labore et ab his de quibus optime meruerint. Nihil uelit aquirere orator ultra quam satis erit nec tamquam mercedem aliquid accipiet sed mutua beniuolentia utetur. Quid sit oratoris fundamentum

Socrates
Zenon
Cleantes
Crysipus

Fundamentum oratoris est optime causā
perdiscere. et litium cardinē callere.
Liberum igitur demus his quorum negociū
erit tempus et locum. exorteturq; ut om̄
q̄libet uerbose et unde uelint repetito t̄pre
exponant. non enim tam obest audire su
peruacua q̄ ignorare necessaria. frequenter
nanq; uulnus et remedium in his orator
inueniet q̄ litigatori in neutrā partē mo
mentum habere uidebuntur. Inducat sibi
personam aduersarij. omniaq; que contra
causam eē possint. diligenter excutiat. im
buat etiā iudicis personam. fingatq; causā
apud se agi. et sic eum raro fallet euentus.

Que in agēdo cauanda sint. Non semper ad utilitatem cause aperte
est accedendum s; ad iuris nodos exsol
uendos. et ad ueritatem eruendam ueluti
ex insidijs occulta arte agemus. que non
dum fiunt. laudantur. sed cum facta sunt.
Nam uera orationis laus est. cum finitur.
et ueteribus quidem eloquentiā dissimu
lare fuit moris. quo plus dicentibus fidei
et minus suspecte oratorum insidie forent.
Lateant igitur artes et consilia et quicqd
si deprehenditur perit. et finem hunc pre
stet orator. et optimam causam optime
egisse uideatur. Videndum est nō modo
ne causa auditorem offendat. s; ne sentē
tia aut uerbum aliquod. Non eñ inmerito
perycles optare solebat. ne qđ uerbū sibi in

perycles.

mētem ueniret: quo populus offenderetur,

De Genere orationis

TErtium promissi mei superest ut de gn̄e orationis dicam. nam promiseram me de arte. de artifice: et de opere dicturum. oratoris opus oratio est cuius forme sk̄ complures. que inter se differunt. nō solum spetie: ut signum signo. tabula tabule. et actio actioni: s; gn̄e ipo ut a grecis tuscanice statue: et ut asianus eloquens ab attico. Nam singula queq; genera suos auctores: suosq; amatores habent: quod in singulis artibus accidit ut nō una forma oīb; placeat. partim conditione tempor[ū] uel locorum partim iuditio cuiusq; atq; proposito. primi clari pictores. quorum opera. non uetustas laudatur fuisse dicunt polignotus et Aglaophon quorum simplex color sui studiosos adhuc h̄et. post eos zeusis. atq; parrasius nō multum etate distantes circa peloponensia ambo tempora. Nam cum parrasio sermo Socratis apud xenophontem inuenitur. plurimum arti addiderunt: quorum prior luminum umbrar[ū] q; inuenisse rationem. alter examinasse s[u]btilius lineas traditur. Nam zeusis plus membris corporis dedit. et amplius. angustiusq; pinxit. Homerum secutus: cui ualidissima q̄q; forma. ēt in foeminis placet. Ille u[er]ō om[n]ia ita circumscripsit ut legum lator appelletur. quem in deorum heroumq; imaginibus ita reliqui imitantur. tanq̄ ita fieri necesse sit. floruit pictura circa philipi. Alexandriq; suc-

polignotus.
Aglaophon.
Zeusis.
parrasius.
Homerus.

protogenes. pamphilus. Melantius. Antiphilus Theon. Apelles Euphranor.

Callon. Hegesias. Laminius. Calinus. Miron. polycletus.

fidias. Alchamenes.

Lisippus. prasitheles. Demetrius.

cessorum tempora: sed diuersis temporibus uirtutibus Nam cura protogenes ratione pamphylus. facilitate Melancius; concipiendis uisionibus Anthiphilus: ingenio et gratia Theon samius prestitit. Appelles etiam prestantissimus habitus est. Euphranorem admirandum facit quod ceteris optimis studiis inter precipuos, fingendi autem pingendique mirus artifex fuit. Similis in statuis differentia nam duriora et tuscanicis proxima callon et hegesias. Laminius frigida. Calinus molliora finxit. miron diligentia laudatur. polycletus decore: cui a plerisque palma tribuitur. Nonnulli tamen ei pondus deesse putant Nam ut humane forme decorem addidit supra uerum: ita non expleuisse deorum auctoritatem uidetur. Quin etatem quoque grauiorem dicitur refugisse: nihilque ausus est ultra leues genas. At que polycleto defuerunt. fidie atque Alchameni dantur. fidias tamen diis quam hominibus efficiendis melior artifex creditur. In hebore uero longe citra emulum uel si nihil nisi mineruam athenis: aut iouem olimpicum in Aelide fecisset: cuius pulcritudo adiecisse aliquid recepte religioni uidetur. Ideo maiestas operis deum equauit. Ad ueritatem Lysippum et prasithelem accessisse optime affirmant. Nam Demetrius tanquam nimius in ea reprehenditur. et fuit similitudinis quam pulchritudinis amantior.

In oratore uō si spetiesintueri uelis totidem pene reperies ingeniorū quot corporum formas. Antiqua tamen diuisio fuit inter atticos et asiatios: cum hi pressi et integri, cōtra illi inflati et inanes haberentur. In his nihil superflueret: in illis iudicium maxime, ac modus deesset. hoc quidam accidisse putāt: quod paulatim sermone greco in proximas asie ciuitates influente nō dum satis periti loquendi facundiam concupierint. Sz mihi nā differentiam orationis fecisse uidet̄. qđ attici limati et coniuncti nihil inane: aut redundans: ut asianum ferebant. Asiana gens tumidior: atq3 iactantior uaniore dicendi gloria inflata est. Tertium genus adiecerunt Rhodij ex utroq3 mixtum: neq3 pressum ut atticum: nec redundans ut asianum. Aeschines qui hunc locum exilio elegerat: contulit eo studia Athenarū: que saporem illum atticū peregrino miscuerit. Lenti ergo feruntur ac remissi: nō sine pondere tamen neq3 fontibus puris: neq3 torrentibus turbidis: sz lenibus stagnis similes habentur. Nemo tamen dubitauit longe optimum ēē genus atticum. Tria dicēdi gn̄a omes affirmant: unum subtile: alterum grande ac robustum. Tertiū mediū atq3 ex duobus mixtum: et primū docendi Secundi mouendi. Tertium delectandi. ac conciliandi prestare uidetur officium

Attici. Asiani.

Rhodij

Aeschines.

In docendo acumen. In conciliando lenitas. In mouendo aūt pondus exigitur. his generibus utetur orator: ut singule queq; res exigere uidebuntur: nec pro causa mō: s; pro q̄buscunq; partibus cause. Non enim eodem modo pro capitis reo: et incertamine hereditatis: et de pecunia credita dicemus: et aliam rationem sententie in senatu: aliam cōtiones: aliam priuatorum consilia seruabūt: et persone loca temporaq; oratione mutabūt. hec diligenter tenenda sunt: et doctrina atq; usu alenda: neq; enim tam perplexa sūt. aut tam numerosa: que precipiuntur: ut nō paucorum annorum intentione discātur. Omīa enim breuiora reddet ordo rō et modus: et satis nobis suppeditabit etas: si diligentes erimus ad omīa perdiscenda. Ipsam igr̄ orandi maiestatem: qua nihil dij immortales melius homini dederunt: et qua remota reliqua nec lucent presenti: et memoria posteritatis carent: toto aīo petamus: imitamurq; semper ad optima: qđ facientes: aut euademus in sūmum: aut certe multos infra nos uidebimus. Nam ut ait Cicero pulchrum est in secundis tertijsq; cōsistere. Nam si quis Achillis in bellicis rebus laudem consequi nō pōt. Aiacis dyomedis ue gloriam nō aspernetur. Hec erant .M. uictori: quibus precepta dicendi pro uirili pte adiuuari posse per nos uidebantur. queq; co

Cicero.

gnitio studiosis iuuenibus: si nō magnā uti-
litatem afferret: aut certe quod magis ꝑ-
timus bonam uoluntatem.

Τελοσ

Franciscus patricius Francisco Tranchedino
Salutē plurimā dicit :~

Compulisti me assiduis uocibus tuis M. Fa ut
bis Quintiliani libros in comentarios
redigerem. Aiebas nanq ipsos eos tibi prolixio
res uideri et parum emendatos librariorum
uitio. Ego aūt qui honeste uoluntati tue nequa-
q̄ resistendum putaui, desiderio tuo morē
gessi: ut qui malim omīb in rebus studia tua
adiuuare q̄ laborem aut inuidiam fugere. Sꝫ
unum abs te poscere audeo: ut comentarios
hosce tecum lectites, et integros Quintiliani
libros ne utiq̄ negligas. hebetis nanq ingenii
esse duco: ut Cicero ait riuulos consectari. Cicero
fontes aūt rerum nō uidere. Nostra siquid
hec legens facilius meminisse poteris oīa
que orator ille excellentissimus precipit. Sꝫ
satius utiliusq ēē statuo ut libros illos integros
nō modo legas quottidie sed ediscas in quib
sententias absolutas uidebis et opiniones com-
plurimas que quidem res tibi ingenium acu-
ent et iudicium illustrabunt. Nam tantū
abest ut laudi esse putem qd Quintiliani
libros in comentarium redigerim: ut boni

mihi consuluisse uidear: si id non fuerit dedecori. Tibi igitur hec tecum lectita: neque aliis permittas. nam facile inuidia laboramus: et precipue in eos: quorum industrie laus aliqua debetur. —

·FINIS·

IVLII·PERIVVCIAE·LIBER·

1515 die 24 novembris

[illegible]

Jo: Pauli Praunis



